# Incipit ſoliloquiū ſancti Bonauenture

Incipit ſoliloquiū ſancti Bo-
nauēture de q̄tuor exercitijs·

¶ Prologus

Flecto genua mea·
ad prēm dn̄i noſtri
ihesu chriſti. a quo
omnis paternitas
in celo ⁊ in terra no
minatur·vt det nobis ſcd̄m diui-
cias glorie ſue v̄tutē· corroborari
p ſpm̄ eius in interiori homine·
xp̄m p fidē habitare in cordibus
veſtris in caritate radicati ⁊ funda
ti·vt poſſitis cõprehendē cū om-
nibus ſanctis q̄ ſit longitudo·lati
tudo·ſublimitas ⁊ pfundiſ· Scire
etiā ſupeminentē ſcientie caritatē
xp̄i/vt ipleamini in oēm plenitu-
dinē dei. Apoſtol⁹ paul⁹ eterne
electionis vas/ſacrariū dıne ſanc
tificationis/ſpeculum ⁊ exemplar
ſupne contēplationis· In verbis
p̄miſſis oſtendit nobiſ mentalis
exercitationis ortū·obiectū ⁊ fruc
tum Mentaliſ exercitatio ſi debet
eſſe pia ⁊ ſalutiferā/oportet q̄ ha
beat potentiā ſupnaturalit cõfor
tantē/ſapientiā regulantē/et cle-
mentiā conſolantē· Flectat igitur
anima deuota dıne ↄtēplationis
amore accenſa genua mētis ante
thronū beatiſſime ⁊ incõprehenſi
bilis trinitatis / pulſet humilit et
poſtulet ſapiēter dei patris cõfor
tatricē potentiā/ ne labore depſſa
ſuccūbat· dei filij regulatricē ſapi
entiā/ne errore ſeducta a veritate
deuiet· dei ſpūſcī cõſolatricē pie-
tatē ⁊ clementiā/ ne tedio deuicta
deficiat Omne em̄ datū optiͫ ⁊ oē
donū pfectuʒ deſurſū ē deſcendēs
a patre luminū. Et ſcd̄m Aug⁹·
Omne bonū noſtꝝ aut de⁹ eſt·aut
a deo eſt· Vnde nō inmerito in ōni
boni operis initio ille eſt inuocā-
dus a quo omne bonū originalit
pgreditur/p quē omne bonū ex-
emplariter pducitur/et ad quem
ōne bonū finalit reducit· Hec eſt
illa ineffabilis trinitas pat/ fili⁹/
et ſpūſſcūs/quā tangit apoſtolus
cū dicit· Flecto genua mea ad ⁊c·
¶ Secūdo oſtendit iſti⁹ ſalutifere
mentalis exercitationis obiectū·
Obiectū diuine exercitationiſ de-
uote mentis·dicunt eſſe interiora
exteriora inferiora ⁊ ſupiora De-
bet eniʒ anima deuota per mētale
exercitiū contēplationis radiū re
flectere/ p̄mo ad interiora ſua/vt
videat qualiter ſit creata per na-
turā/deformata per culpā/refor-
mata per gratiā· ¶ Tercio debet
conuertē radium contēplationis
ad exteriora / vt cognoſcat q̄ in-
ſtabilis ſit mūd⁹ ⁊ mūdana opu
lentia/ q̄ mutabilis mūdana ex-
cellentia/ et q̄ miſerabilis mūda-
na magnificentia Debet etiam
tercio radiū contēplationis conū
tere ad iferiora/ vt intelligat hu-
mane mortiſ ineuitabilē neceſſita
tem iudicij finalis formidabileʒ
auſteritatē/ pene infernalis intol
lerabilē penalitatē· Debet etiā
conuertē quarto radiū contēpla



LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

ctionis ad ſupiora vt cognoſcat et ſapiat celeſtiꝰ gaudij ïeſtimabilē ꝑciositatē· atqꝫ eiuſdē ineffabilē deliciositatē ⁊ interminabilē eternitatē·

¶ Hec eſt illa crux beata quatuor finibꝰ terminata In qua anima deuota cuꝫ tuo dulciſſimo ſpōſo ihesu xp̄o debes iugiť pendere meditādo· Hic ē currꝰ igneꝰ q̄tuor rotis ꝯſūmatus In q̄ debes pꝰ tuū fideliſſimū amicuꝫ aſſidue cōtemplando celi palaciū cōſcendere·

¶ Hec eſt illa q̄druplex regio videlicet oriētis/ occidētis· aq̄lonaris/ ⁊ meridionalis/ quā tu o anima cotidie debes pegrinando intraē/ ⁊ tuū dilectū ſpecialiſſimū in ea ſpeculādo querē ⁊ īueſtigaē vt poſſis dicē cū ſpōſa· In lectulo q̄ſiui p noctē quē diligit aīa mea hec q̄tuor tangit apls/ cū ſubiungit/ vt poſſitis cōprehendē cū omnibus ſanctis q̄ ſit longitudo· ⁊c·

¶ Fructꝰ iſtius ſalutifere exercitationis ſi digne ⁊ laudabilr exequatur/ eſt felicitas etna que eſt ſumū et pulcherrimū ⁊ p ſe ſufficiētiſſimū nulloº extra ſe indigēs· In q̄ videbimꝰ ⁊ amabimus vocabimus et laudabimꝰ ineternū et vltra/ eū qui eſt benedictꝰ in ſcla·

¶ Hunc fructū ꝓmittit apls qn̄ ſermonē concludit dicens· Vt impleamini in oēm plenitudinē dei· Hanc plenitudinē tūc īueniemꝰ/ quādo deꝰ factꝰ fuerit volūtati mltitudo pacis/ rationi plenitudo lucis/ memorie cōtinuatio eternitatis· Tūc em̄ deꝰ erit oīa in oībus cū a ratione oīs error/ a volūtate oīs dolor/ ⁊ a memoria oīs timor receſſerit Et ſucceſſerit illa quam ſperamꝰ mira ſerenitas/ dīna iocunditas eterna ſecuritas· Hunc tractatū inſtigāte conſciā ꝓpter ſimpliciores quoſqꝫ ſimplicibus verbis de ſcōꝝ dictis copulaui p modū cuiuſdā dyalogi. In q̄ aīa deuota veritatiꝰ etne diſcipula meditando interrogat ⁊ hō interior mētaliter loquēdo reſpōdet Vt āt ad ïeſtimabilē contemplationē iſtius mētalis exercitationis puemiamꝰ ab exordio incipiamꝰ ⁊ ad prēm luminū hūiliter īuocando accedamꝰ genua cordis deuote flectamꝰ ante thronū lucis ⁊ etne maieſtatis ⁊ an̄ ſoliū īdiuidue trinitatis lacrimis ⁊ gemitibꝰ inceſſabiliter clamemꝰ/ vt deus pater p ſuū benedictū filiū donet in ſpiritu nobis gratiā vt poſſimꝰ cognoſcere q̄ ſit lōgitudo/ latitudo ſblimitas ⁊ ꝓfundū vt p hanc ptingamꝰ ad eū qui eſt ōnis deſiderij finis et cōplementū Amen·

¶ Capitulū pmū Quō anima exercitabiť mentaliter vt videat q̄liter eſt formata p naturā

Anima

Dic queſo o homo ſi poſt deuotā inuocacōnē dīne magn̄ficētie ⁊ pꝰ hūilē imploracōꝫ etne ſapie ⁊ dnū pꝰ flebilē ſupplicacōeꝫ ſupne pietatis ⁊ clemēcie ḡtiā exercitādi mētalr cir

quadꝛuplicē materiam videlicet
longitudinis/latitudinis/ſublimi
tatis ⁊ ꝓfunditatis obtinerē/quo
oꝛdine inchoarē/ ne meritū hui⁹
exercitationis amittā· ſi in debito
oꝛdine ignoꝛant̄ procedā· Oꝛdi-
nis eñ ignoꝛātia ſꝫm Ambroſiū
perturbat foꝛmā meritoꝝ/nec re
putatur ſcđm eūdē pfecta rei cog
nitio in nobis exiſtere/aꝫ ſcimus
quid ſit faciendū / et ignoram⁹ q̄
oꝛdine ſit ꝓcedendū ¶ Homo ¶ E
O anima ſcđm Bernardū ad Eu
geniū papā. A te tua cōſideratio
ſe inchoet / ne fruſtra extendaris
ad aliena tui neglecta Idē in me-
ditationib⁹· Multi multa ſciunt
⁊ ſeipſos neſciunt/alioꝝ inſpiciūt
et ſeipſos deſerūt· deū q̄rentes p
exterioꝛa/ deſerētes ſua interioꝛa
quibus interioꝛ eſt deus. Idcirco
ab exterioꝛib⁹ ad interioꝛa redeā
et ab interioꝛib⁹ ad ſupioꝛa con-
ſcendā vt poſſim cognoſcere vnde
veni aut quo vadā vnde ſim ⁊ q̄d
ſim/et ita p cognitionē mei aſcen
dā ad cognitionē dei. Itē criſoſti-
mus ſup matheū dicit· Nō mini
ma ps philoſophie eſt cognitio
ſui. Itē Ambroſi⁹ in exameron·
Cognoſce o homo quātuꝰ ſis vt
cōſideres quid in te intret in cogi
tacōne/quid exeat in ſmone vitā
ergo tuam o anima cotidiana diſ
cuſſione examiā/⁊ diligent̄ atten
de quantū ꝓficias/et quantū defi
cias/qualis ſis in moꝛib⁹/qualis
in affectōib⁹/q̄ ſimilis ſis deo ⁊
q̄ diſſimilis/ q̄ prope et q̄ longe
Illud ſemp agnoſce q̄ mlto lau-
dabilioꝛ et melioꝛ es/ ſi te cognoſ
cis q̄ ſi te neglecto curſus ſiderū·
vires herbaꝝ· cōplexiones hoīm
naturas animaliū cognoſceres· ⁊
ſcientiā oīm celeſtiū et terreſtriū
haberes Redde ergo te tibi ⁊ ſi n̄
ſemp ſaltē interdū/ rege tuos af-
fectus/dirige actus/coꝛrige greſ-
ſus· Igitur aīa tene conſilia ſcōꝝ
et p̄mo radiū contēplacōnis con
uertere ad regionē oꝛientalē hoc
eſt ad cōſideracōnē tue cōdicōnis.
Diligent̄ igitur cōſidera q̄ gene-
roſe a ſūmo artifice ſis per naturā
facta· q̄ vitioſe a tua volūtate de-
foꝛmata ſis per culpā/q̄ gratioſe
a diuina bonitate ſepe refoꝛma-
ta ſis per gratiā Generoſitaꝰ tua
natualis cōſiſtit in hoc vt eſtimo
quia tibi naturaliter ad tui deco-
rem impꝛeſſa eſt imago btiſſime
trinitatis· Unde Anſelm⁹· fateoꝛ
dn̄e et grās ago. quia me creaſti
ad tuā imaginē vt tui memoꝛ ſim
te cognoſcā/ te diligā Bernard⁹
in meditacōnibus Scđm interio
rem hoīem tria in me inuenio· p
que deum recolo/cōſpicio ⁊ concu
piſco Hec tria ſunt memoꝛia/in-
telligentia/et voluntas· Cū dei re
miniſcoꝛ in ipſo cōdelectoꝛ· Me-
moꝛia eñ eius ſuper vinū Cū in
telligentia ipſū intueoꝛ q̄tū in ſe
ſit incōpꝛehenſibilis/ quia pꝛin-
cipiū ⁊ finis/q̄tū in āgelis deſide
rabilis. qꝛ deſiderāt in eū ꝓſpicē.

In ſanctis omnibꝰ delectabiliꝭ in
quātū in eo aſſidue delectātur· in
creaturis ōibꝰ admirabilꝭ/ quia
ōnia potēter creat ſapienter gu
bernat· benigne diſpenſat· admi-
roꝛ· Cū deū per voluntatē diligo
meipſū transformo Hec eſt enim
virtuꝭ amoris vt talē te eſſe opoꝛ
tet quale eſt illud qd̕ amas. Re-
cognoſce ergo o aīa mea q̄ꝫ mira
eſt ineſtimabilis dignitas eſt· eē
nō ſolū veſtigiū creatoris qd̕ eſt
cōmune ōibus creaturis · ſed eē
imaginē quod eſt ꝓpꝛiū creature
rationalis· Lauda igitur aīa mea
dominū/ lauda deū tuū ſyon Exp
giſcere ꝛ lauda· exulta ꝛ gaude· ꝙ
inſignita ſis dei imagine· decorata
ſimilitudine ꝑticeps rationis· ca-
pax eterne beatitudinis. Sed qꝛ
hec modica nō īmerito foꝛte iu-
dicarent² ſi foꝛte ſintirent· exulta
et lauda· quia cū ꝑ̄dictis dedit ti-
bi naturā īmoꝛtalē· ſubſtantiā in-
coꝛruptibilē· durationeꝫ intermi-
nabilē· vitā perpetuā· imago em̄
trinitatiꝭ nō eſſes ſi termino moꝛ
tis ꝑ̄cludi poſſes Aug⁹· xv· de ci-
uitate dei· O anima adūte ꝙ cre
atoꝛ tuuꝭ poſt illud eſſe dedit tibi
ꝑpetuum eſſe· poſt hoc dedit tibi
viuē ſentire diſcernē· ſenſibus te
decorauit· ſapiētia illuſtrauit Tuā
igitur pulcħtudinē attēde· vt in-
telligas qualē debeas pulchꝛitu
dinem diligere Qꝫ ſi temetipſū vt
expedit cōtēplari nō ſufficis. aut
ſaltē quid de te eſtimaē debeaꝭ ex
iudicio alieno nō ꝑpendis Spon
ſū habes de cuiꝰ pulchritudine ſi
nō dubitaēs· ſcires ꝙ tā pulcher
tam foꝛmoſus· tā vt incus dei filius
tuo aſpectu captus nō eſſꝫ· ſi eum
ſingularis decoꝛ et vltra ceteros
admirādꝰ nō traxiſſet· hec Augꝰ
Sed hec foꝛtaſſe o anima nimis
ingrata tibi videnꝫ modica· Prop
terea audi tercio dignitatē admi
rabilē· ꝙ tante es ſimplicitatis ꝙ
nichil poteſt domū mentis tue in
habitare· nichil poteſt in ea mā-
ſionē facere. niſi ſimplicitas ꝛ pu
ritas trinitatis eterne· Ecce quid
dicit ſponſus tuꝰ Ego in q̄da pat̄
ad eū veniemꝰ ꝛ manſionē apud
eū faciemꝰ· Et alibi in euangelio
Zachee feſtinās deſcende · quia
hodie in domo tua opoꝛtet me
manere . Illabi em̄ menti illi ſoli
poſſibile eſt/ qui eā creauit· Ipſe
em̄ eſt q̄ intimioꝛ intimo tuo eſſe
ꝓhibetur· vt dicit Augꝰ· Gaude
igitur o felix aīa ꝙ potes eē tanti
hoſpitis hoſpita Bernardꝰ O fe
lix aīa q̄ cotidie coꝛ ſuū mūdat vt
inhabitantē deū ſuſcipiat/ cuius
hoſpes nullo bono indiget· quia
auctoꝛem oīm bonoꝝ in ſe habet
O quā beata aīa apud quā deus
ſibi requiē īuenit· q̄ dicē pt̄· Qui
creauit me req̄euit in tabnaculo
meo· negare ſiquidē ei celi requiē
non pōt· q̄ ſibi in hac vita requiē
ꝑparauit Hec bernardꝰ O aīa ni
mis es auara · ſi n̄ ſufficit tibi tāti
hoſpitiꝭ ꝑ̄ntia· qꝛ ſcio ꝙ tā liberal

eſt ꝙ cõmunicabit tibi de bonis
ſuis/ ꝙ tã pius eſt ꝙ ditabit te de
donis ſuis· Nullo eñ mõ deceret
tantũ pncipẽ/ ſi hoſpitã ſuã pmit
teret indigentẽ Adorna igit͛ tha
lamũ tuũ ꝛ ſuſcipe regẽ factorem
tuũ/ de cui9 pñtia exultabit ꝛ leta
bitur tota familia tua O vere miã
ꝛ multũ admirabil' ſiña Rex cui9
pulchritudinẽ ſol ꝛ luna mirãtur/
cui9 magñtudinẽ celũ ꝛ ẽra reuerẽ-
tur/ de cui9 ſapia celeſtiũ ſpirituũ
agmina illuiant͛/ de cui9 clemẽcia
oĩm beatoꝝ collegia ſatiant͛· talis
tuũ o aĩa deſideát hoſpiciũ· tuũ ce
naculũ plu9 ꝙ̃ celeſte palaciũ ap
petit ꝛ exoptat Delicie eñ ſue ſũt
eẽ cũ fil ijs hoĩm Sꝫ ſi hec adhuc
te nõ mouẽt ad laudandũ crea-
torẽ tuũ cõuerte cõtemplationis
radiũ ad q̃tũ bñficiũ ꝛ cognoſce
ꝙ tãte capacitatis ẽ palaciũ tuũ·
ꝙ nulla creatuá ſufficit ſatiaẽ tuũ
deſideriũ Hugo de ſancto victore
Oĩs iocũditas/ oĩs ſuauitas/ oĩs
potẽtia/ oĩs opulẽcia reꝝ creatu-
rarũ afficẽ coꝛ hũanũ ñt/ ſaciare
nõ ñt Anſelm9 Oĩs creatuá que
deus me9 nõ eſt michi inopia eſt
Et q̃re? Reuera ſcd̃m gregoꝛiũ in
moꝛalib9 Aĩa humana q̃ ad deũ
appetendũ facta ẽ. q̃cq̃d infra deũ
appetit min9 eſt Ideoqꝫ iure ei nõ
ſufficit qd' deus ñ eſt Iã vt eſtimo
aĩa ſufficiẽter vidiſti tuã nobilita
tem q̃ eſt valde laudabil'· cõuerte
nũc radiũ contẽplationis ad tuã
ſup ceteras creaturas ptãtẽ· que
reuera eſt mirabil' Hugo de' arra
aĩe. O aĩa mea q̃d dedit tibi ſpon
ſus tu9· Reſpice mũdũ iſtũ oĩs
natura ad hũc finẽ curſũ ſuũ diri
git· vt tuis vtilitatibus deſeruiat
tuis oblectamẽtis ſcd̃m diſtribu
tionẽ tẽpoꝝ indeſinẽter occurrat
Vide iã aĩa mea ꝛ diligentẽ ꝯſideá
ꝙ creatoꝛ tu9 ſpõſus ꝛ amicus to
tã machinã mũdialẽ ad tuũ oꝛdi
nauit miniſteriũ Ecce angeli pur
gant ꝛ inflãmant tuũ affectũ· illu
minãt ꝛ infoꝛmãt tuũ intellectũ·
pficiũt et cuſtodiũt tuũ ſubiectũ·
Magna dignitas eſt habẽ tales
doctoꝛes/ cõſolatores ꝛ tales con-
ſeruatoꝛes· O aĩa ſi videre poſſes
q̃ñto gaudio quãtoqꝫ trepudio
aſſiſtũt oꝛantib9 interſũt meditã
tibus/ quãto ſtudio nos in bono
cõſeruãt/ q̃ñto deſiderio nos ꝛ ſa-
lutẽ noſtrã eternã expectãt Celũ
tibi deſeruit p ſuũ motũ· lũmaria
celi per ſuũ influxũ· ſol creat tibi
diẽ· luna illũinat tibi noctẽ ignis
tẽperat tibi aeris frigiditatẽ· aer
tibi mitigat ignis internã calidi-
tatẽ· aqua tibi mũdat fetorẽ· mi-
tigat tibi ſiccũ ardorẽ et fecundat
terre vigorẽ Terra vo te ſuſtẽtat
ſua ſoliditate · recreat ſua fertili-
tate. delectat ſua amenitate· Ecce
aĩa breuit͛ diſcurriſti per ſingula
ab inferioꝛib9 ad ſupioꝛa ꝛ inue-
niſti ꝙ oĩs creatura ad hunc finẽ
ex dĩna oꝛdinatione curſũ ſuũ di
rigit q̃ten9 tuis vtilitatib9 deſuiat
tuiſqꝫ oblectamẽtis indeſinenter

occurrat Sed caue anima mea ne
nō ſponſa ſed adultera dicaris ſi
munera dantis pluſq̄ affectum
amātis diligis Aug⁹ in libro cō-
feſſionū Ve tibi ſi oberras in veſti
gijs ſuis · Si nutus ſuos pre eo
amas ⁊ nō aduertis purgate mē
tis intelligentia/quid innuat lux
beatiſſima/ cuius nut⁹ et veſtigia
ſūt oīm creaturaꝝ decus ⁊ forma
Adhuc ſi ignoras te o pulcher-
rima mulierū egredē et abi poſt
veſtigia gregū id eſt irrationabi
lium creaturaꝝ q̄ ſunt veſtigium
creatoris tui Tu vero ſpeculū bea
tiſſime trinitatis / ergo omnibus
digniora ⁊ excellencior ꝯprobaris
Et paſce edos tuos iuxta taber-
nacula paſtoris id eſt cōuerte co
gitationes tuas ad choros ange
lorū quib⁹ q̄dāmodo ſimil' es in
natuā et cōciuis eris in gloria.

¶ Qualiter anima eſt deforma
ta per culpam·

Anima

Iam ſatis ſilui diu tacui/
nūc cū verecūdia ⁊ ruborē
compellor cōfiteri ⁊ dicē
q̄ hanc dignitatē modicū aduer
ti· Amorē meū heu ego infelix et
miſera nimis indigne proſtitui·
factorē meū nō pro hijs omnib⁹
glorificaui/ deū meū ꝓpter dona
ſua nō benedixi/ et nō adoraui eū
toto tēpore vite mee/nimis indig
ne irreuerēter vane ⁊ negligēter
vixi Et vt fateor ſcd'm Bernardū

Quāto pfectius dignitatē meā
aſpicio/tanto magis vitā degene
rem me duxiſſe confundor et eru
beſco Timeo em̄ q̄ tanto grauior
ſit culpa/quanto dignior ⁊ nobi-
lior ſit natuā Formido q̄ tāto gra
uior eſt offenſa/ quāto maior eſt
illius q̄ offendit' excellentia Per-
timeſco q̄ tanto peior eſt iniuria
quāto maiora fuerūt illius cui in
iuriā irrogaui beneficia Heu dn̄e
deus me⁹ ex dignitate ſubſtantie
iam perpendo vilitatē malicie· ex
ſpecioſitate nature cognoſco de-
formitatē culpe/ex recordatione
beneficioꝝ acceptorum/intelligo
magnitudinē factorū meoꝝ · Ve
michi miſere/iam video iam cog-
noſco q̄ quicq̄d a ſūmo datorē ac
cepi ad vſū vite/miſerabilr̄ inflexi
ad vſū prauitatis et culpe· Tran-
quillitatē hūane pacis ad vſum
conūti vane ſecuritatis · Peregri-
nationē terre pro inhabitatione
dilexi/ patrie ſalutē ⁊ pulchtudi-
nem corporis redegi in ſeruitutē
voluptatis· Vbertatis habūdan-
tiam non ad neceſſitatē corporis
ſ ad ſupfluitatē expendi miſere
cupiditatis/ tpa ſerena et blandi
menta aeris ad amorē michi ſer-
uire coegi terrene delectationis.
Timeo heu et valde ptimeſco vt
ſimil' me ferire puniendo debeant
que vicijs meis male ſubacta ſer
uiebant · ¶ Homo ¶ O anima
aliqualiter iam perpēdo q̄ bona
eſt tua cognitio Ex v̄bis em̄ tuis

ſentio/ꝙ nõ fuit fruſtra mea am⸗
monicio Videtur michi ꝙ lumine
diuino ſis aliqualiter illuſtrata·
et tactu veri luminis mota· Quia
ſecundũ Gregoriũ in moralibus
Vnuſquiſqȝ dũ tactu veri luminis
illuſtratur· ſibijpſi oſtenditur· Vt
vnde cognoſcit quid eſt iuſticia·
inde erudiat᷑ quid eſt culpa Vnde
ſancti viri quo alcius apud deuȝ
virtute dignitate proficiunt eo
ſubtilius indignos ſe eſſe depre⸗
hendũt· quia dũ ꝓximi luci fue⸗
rint quicq̃d eis in ſeipſis latebat
inueniũt· Hec gregorius. Igitur
anima ſi luce veritatis tacta digni
tatem tuã quã hatten⁹ nõ atten⸗
diſti ꝯgnoſcis Si culpã qua crea
torem tuũ offendiſti intelligas·
et vidiſti quaȝ gracioſe formata
ſis per naturã. Vide nunc quã vi
cioſe deformata ſis per culpã An
ſelmus· Reduc anima erũpnoſa
et miſera ad memoriã enorme de⸗
lictũ· et ꝑduc in celũ vſqȝ rugituȝ
et lamentũ· Cogita anima ꝑfida
dei/adultera xp̄i quid feceris De⸗
reliquiſti in celo caſtum amatorẽ
tuũ/contẽpſiſti factorẽ tuũ/repu⸗
diaſti ſponſuȝ tuũ/ turbaſti deum
tuũ/ irreuerẽter tractaſti angelũ
cuſtodẽ ſanctũ tuũ· Eras templũ
chriſti/ſponſa dei/ſacrariũ ſpũſſcĩ
Que eſt iſta ſubita cõuerſio ⁊ re⸗
pẽtina mutatio/de dei v̾gine facta
eſt corruptio ſathane / de ſponſa
chriſti ſcortũ execrabile dyaboli.
Hec anſelm⁹· Recordaẽ o anima

ꝓpter quid vendideris decorẽ tuũ
et ꝓpter quid abieceris honorem
tuũ/ pro q̃ tam turpiter fedaueris
vultũ tuũ q̃ tanta bona pro tã vili
precio vendidiſti· O anima quaẽ
te tot bonis ſpoliaſti / q̃re fruſtra
tantis te honorib⁹ ꝑuaſti / q̃re
tot bona opera neglexiſti/ tot an
nos/tot dies/ tot horas ſine fruc
tu vixiſti· Anima· Recognoſ
co homo ꝙ verũ loqueris/ et non
ĩmerito me de tanta trãſgreſſione
reꝑhendis Bernard⁹ O domine
deus meus quot tpa effluxerunt
in quib⁹ ſine fructu vt aſpicio vixi
corã te q̃modo ſubſiſtã· Quomõ
ad te leuare potero faciẽ meã in
illo magno et terribili examine/
quando enumerari iuſſeris om̃es
dies meos q̃rens fructũ in eis O
domine de⁹ cur intermiſi te nullo
tẽpore v̾ſari in corde meo/ te tota
mente amplecti/in tua dulcedine
delectari Omnia iteriora mea vbi
tũc erant quando tecũ non erant
cũ a te habeat oĩs creatura q̃cq̃d
hȝ deſiderabile laudabile/ delecta
bile· Hec bernard⁹ Heu domine
nũc intelligo ſed ꝯfiteri erubeſco
ſpecies ⁊ decor creaturaꝝ decepit
oculũ meũ/et non aduẽti quia ſpe
cioſior omnib⁹ creaturis tu es/q̃⸗
bus tantũmodo vnã guttã tue in
eſtimabilis pulchritudinis cõmu⸗
nicaſti· Quis em̃ ornauit celũ ſy⸗
deribus/aerem volucrib⁹/ aquaȝ
piſcibus/terrã plantis ⁊ floribus
hoĩes in corpore diũſis colorib⁹

in mente varijs virtutibꝰ? Nōne
clementiſſime pater per te illa ce⸗
leſtiū ſpirituū agmina varijs do⸗
nis ſunt ornata Nonne ꝑ te ſera
phin ardent dilectōne/cherubin
lucent cognitione / de tuis donis
iudicant throni/ de tuis muneri⸗
bus dominantᷣ dominationes in⸗
diti/ex tua virtute preſunt princi
patus/ex tua poteſtate demones
arcent poteſtates/ex tua ꝓfunda
potentia miracula faciunt vͥtutes
Ex tuo p̄cepto archangeli mag⸗
nis nūciant maiora· Angeli vero
minoribꝰ ſignificāt minora · Sed
quid ſūt hec ōnia niſi tue pulcḃ⸗
tudinis modica ſcintilla· O bone
ihesu fons vniūſe pulcḃtudinis
ignoſce michi miſere ꝙ tuaꝫ pul⸗
chritudinē tam ſero cognoui/tam
tarde amaui ꝓpterea miſerabilit̄
oberraui· Dulcedo etiā creaturaꝝ
decepit guſtū meū/et nō aduerti
ꝙ melle dulcior es· Tu em̄ melli
et omni creature dulcedinē ſuam
ꝑmo tuam cōmodaſti/ et non eſt
aliud in creatura dulcedo vel de⸗
lectatio niſi tue dulcedinis/ꝗ̄ ab⸗
ſcondiſti timentibꝰ te/ demonſtra
tio· Vnde dulcedo oīm creaturaꝝ
ſi quis iuſte aduertit nihil aliud
facit/niſi ꝙ ad tuā dulcedinē eter
nā inuitat O iheſu fons vniuerſe
dulcedinis ⁊ pietatis/ignoſce m̄/
ꝙ tuā ineſtimabilē et melliflua m
dulcedinē increatā non cognoui
nec deguſtaui · ꝓpterea miſerabi⸗
liter oberraui et animā meā vſqꝫ
modo ſiliquis porcorū ſaturaui·
Sed heu nunꝗ̄ vt timeo de pane
filioꝝ tuoꝝ manducaui/ideo ſem
per in delicijs mūdi ieiuna et fa⸗
melica ꝑmanſi Gregorius Quia
intꝰ guſtare nolumꝰ paratā dul⸗
cedinē. Propterea ieiunia fame⸗
lica amamꝰ miſeri famē noſtram·
O dulciſſime iheſu modo video
modo agnoſco ꝙ omnis dulcedo
tibi contraria/ fuit michi afflictio
et magna miſeria Auguſtinꝰ in
libro confeſſionū· Tu em̄ miſeri⸗
cordiſſime deuſ etiam in peccatis
meis ſemper michi aderas/piſſi⸗
me cernens ōnes iniquas delecta
tiones meas et malas / amariſſi⸗
mis reſpergens amaritudinibꝰ/
docenſ ꝑ flagella ſi vellē ſine ama
ritudine non poſſem niſi in te do
mine · Sed heu hanc doctrinam
non intellexi· Propterea oberra⸗
ui ſemperqꝫ in delicijs meis ini⸗
quis timui proditorē tuū accuſa
torē tuū reprehenſorē formida⸗
ui aliquociens conſcientiā/ et ex⸗
paui multociens infamiam/ non
nūꝗ̄qꝫ horrui gehennā / et tamē
heu ego miſera inter tot tormen
ta non mutaui voluntatē ꝓpriam
Decepit etiam odor creature ol⸗
factum meū/ et ignoraui ꝙ odor
tuus O bone iheſu ſuperat ōnia
aromata O bone iheſu fons odo
ris cuius ſuauitas facit indeſinen
ter poſt te currere et infatigabi⸗
liter laborarē· Ignoſce michi ꝙ tā
ſero te cognoui/ tā tarde in odore

vngentoꝝ poſt te currimꝰ· Puto
tamen et per hoc me non excuſo
ꝙ odoꝛ illius celeſtis apothece
huic terreno fetori quo infecta
eram non miſcetur· Decepit etiam ſo
nus falſarum creaturarum auditum
meum et neſciui nec ſenſi / ꝗ̄ dulcia
faucibꝰ electoꝝ tuoꝝ eloquia tua
ꝗ̄ ſuauia auribꝰ amicoꝝ tuorum cō
ſilia tua / ꝗ̄ leuia manibꝰ ſanctoꝝ
tuoꝝ mandata tua O iheſu fons
ſapientie / auctoꝛ ſcientie / conſilia
toꝛ caſti conſilij fac me vel ſaltem
modo audire vocem tuam / ſonet
vox tua in auribus meis . Cum
quanta amaritudine recogito ꝙ
fefellit me illa vox miſerrima / can
tancium et dicentium Venite fru
amur bonis que ſunt / coronemꝰ
nos roſis anteꝗ̄ marceſcant / et nō
nos pretereat flos temporis · Vi
no precioſo et vnguentis optimis
nos impleamus nullibiqꝫ relin-
quamus ſigna leticie· Hanc vo-
cem audiui et non intellexi quo-
niam omnia vana ſunt et riſu dig
na· Omnia enim hec et hijs ſimi
lia cito pertranſierunt et velud vm
bra euanuerunt· Quid enim via
na hec omnia amatoribus ſuis
contulerunt quem fructum tunc ha
buerunt in illis in quibus nunc con
funduntur et erubeſcant O domine
deus meus / lumen coꝛdis mei / pa
nis anime mee· Virtus amaricans
mentem meam non te amabam et
foꝛnicabar abſte et foꝛnicanti mi
chi ſonabant euge euge· Amici-
cia huius mundi foꝛnicatio eſt
abſte O quid miſerius miſero nō
miſerante ſup ſeipſuꝫ · Sed inter
hec omnia tu amantiſſime deus
michi ſemper aderas vocem tuam
frequenter audiui inſpirationem
tuam ſalutiferam ſenſi et nō conſenſi
O quociens michi illud ſalutiferꝝ
conſilium inſpiraſti· Peccaſti quieſce
deſine erubeſce. Ad que ego mi-
ſera morem ſecuta beati Auguſtini
in libro Confeſſionum Verba ſom
nolenta aliquando reſpondi Do
mine expecta me modicum ſine me
paululum / modo a vanitate queſcam
modo de malignitate erubeſcam
omnia et vana et mundana dere
linquam Sed heu modicum nō ha
bebat modum et paululum in lon-
gum ibat · Item Auguſtinus de
verbis domini Ipſa ſegnicies eſt
res que multos eternaliter occi-
dit et finaliter in peccatis detinet
ꝙ ſe ad vocem domini nō coꝛrigunt
peccatores· Vocem quidem occul
te inſpirationis audiunt ſed vitam
non coꝛrigunt dicentes / cras cras
et ſubito oſtium clauditur / rema
net qꝫ peccatoꝛ foras extra ar-
cham celeſtis patrie / cum voce
coꝛuina / quia pro peccatis geme
re noluit cum columba· Grego-
rius· Heu quam multos in pec-
catis peius ſua felicitas proſtra
uit· Multos diuturna pax iner-
tes reddidit / eoſqꝫ mox manus
hoſtis grauius pertulit / quos
longe quietis vſu negligentes-

negligentes īuenit Itē Gregori⁹ Quos de⁹ vt conuĉtant diucius tollerat/non conuĉſos durius dā-nat Sed o homo vt tibi mee infe-licitatis hyſtoriā pfectius mani-feſtem/profiteor quia hec omnia mee infelicitati non ſufficiebant/ ſed ad tumulū dānationis heu mūdana mollicies tactū meū ni-mis miſerabiliter decipiebat / et ignoraui q̄ tā ſuauis o bone ihū eſſet tu⁹ amplexus / tā honeſtus attactus tuus/tam delicioſus con iunct⁹ tuus Cum eñ te amauero munda ſū/cū tetigero caſta ſū/cū accepero virgo ſū Tu⁹ o domine iheſu amplexꝰ non maculat ſed mūdat/ tu⁹ attact⁹ non inquinat ſed ſanctificat O iheſu fons viuū ſe dulcedinis ꝛ ſuauitatis ignoſce michi q̄ tam ſero credidi/ quātū habet delicioſitatis quātū honeſ-tatis quantū iocunditatis/quādo leua tue diuine ſapientie ꝛ cogni tionis eſt ſub capite meo id eſt ra tione et dextera tue diuine clemē-cie et delectionis amplexabit̄ me id eſt volūtatē Heu me miſerā q̄d vnq̄ tā dulce tā ſuaue tā delicio-ſum et tā ſalutiferū poteſt expiri/ quam inter brachia tanti ſponſi quieſcere/inter oſcula tanti regis et amici fideliter obdormire Hāc dulcedinē ſenſerat anima deuota quando optabat dicens Oſculet̄ me oſculo oris ſui ꝛc̄ Nunquid has delicias anima deuota erat experta quando orabat ardens ꝛ iam pene deficiens pre dilecti ſui cōcupiſcentia dicens in Canticis Quis michi det te fratrē meū ſu gentē vbera matris mee vt inue-niam te ſolū foras ꝛ deoſculer te et iā me nemo deſpiciat Apprehē dam te et introducam te in domū patris mei et in cubiculū genitri-cis mee ibi me docebis/ et dabo ti bi poculum ex vino condito ꝛ ex muſto malagranatorꝫ meorꝫ Q̄s enarrare ſufficiat niſi qui mente guſtaſſet/ quantū habet verbum dulcedinis ꝛ deuotionis/q̄ñ bene ponderat̄ et recte cribzatur/deuo ta mente. Vnde expoſitionē deuo te menti relinquo Sed o domine deus ſi hec tā dulcia ſunt cogitāti q̄ꝫ dulcia eſſe poſſunt deguſtanti Si tam ſuauia ſūt legenti q̄ꝫ con-ſolatoria erūt ꝑ affectū ſencienti Aug⁹· Fac me dulciſſime iheſu int⁹ guſtare ꝑ amorē quod extra guſto per cognitionē/ Fac me ſen tire ꝑ affectū quod ſentio ꝑ intel lectū Sed que veſania que infer-nalis furia tanto tempore a me ꝓ hibuit talia et tanta mentis mee ſolacia tam diuina gaudia tā mel liflua cōuiuia Dic queſo o homo que eſt tanti mali cauſa que tanti ꝑiculi ratio que tanti damni oc-caſio ¶ Homo ¶ Video o anima q̄ iam fatigata laboribus · iam vexata doloribus vltra inuenire non valeas/ cui tantū damnū il-latū aſſcribas Peto igitur vt cum patiētia audias ſi tibi tanti mali

cauſam demōſtrauero ſi tibi tan⸗
ti damni inimicū oſtendero· Jam
pro parte hoſtē tetigiſti aliqua⸗
liter/tamē foꝛte pre dolore men⸗
tis nō aduertiſti Habes o anima
mea inimicū domeſticū hoſtē ami
cū/aduerſariū ꝓpinquū/ qui tibi
malū pro bono reddidit a ſub ſpe
cie amicicie crudelioꝛ exiſtit inimi
cus Hijs omnib⁹ et alijs infinitis
bonis te ṗuauit/hic hoſtis ſalua
tua reuerētia eſt caro infelix a mi⸗
ſera multū tamē tibi dilecta. Hāc
cū pauiſti inimicū peſſimū contra
te erexiſti· Hanc cū honoraſti ho
ſtem crudeliſſimū ↄtra te armaſti
hanc cum foris varijs et ꝓcioſis
veſtib⁹ induiſti/ omnib⁹ interiori
bus ornamentis ſpoliaſti/neſciēs
ꝙ dicit btūs Gregori⁹ in omelia.
Unde inqͣt caro ad temp⁹ ſuauitē
viuit inde ſpūs ineternū toꝛque⸗
bitur a ingemiſcit Et econtra quo
plus caro ꝑmitur eo plus de ſpe
celeſti anim⁹ letatur· Unde ꝑ tāta
iniuria nobis p te illata cōtinere
amplius me non valeo/ quin tm̄
malū huiuſqꝫ ſb̄ ſilencio pieulo⸗
ſe ptranſitū repꝛhendā Scio inqͣt
Bernard⁹ in meditationibus · o
anima quendaꝫ q̄ p plures ānos
tecū vixit/ ad menſam tecuꝫ ſedit/
cibū de manu tua ſūpſit/et in ſinu
tuo doꝛmiuit/cū voluit tecū collo⸗
quiū habuit/hic iure hereditaio
ſeru⁹ tuus eſt/ſed quia delicate ni
mis enutriſti eū/ et te in ſeruitutē
redegit et calcaneum ſuū leuauit
ſup caput tuū· O anima miſerabi
lis et miſera quis te liberabit de
vinculo ꝯperij hui⁹ Exurgat de⁹
et cadat armat⁹ et conterat̉ inimi
cus· Inimicus inqͣ ꝯtēptoꝛ dei
amicus mūdi cultoꝛ dyaboli Q̄d
tibi videt̉ de illo· Si idē ſentis me
cū dices/re⁹ eſt moꝛtis crucifigat̉
Noli ergo diſſimulaē/noli differ
re noli pcē· crucifige crucifige eū
Sꝫ in qua cruce· In cruce dm̄ nr̄i
iheſu xp̄i/in qua eſt ſalus vita et
reſurrectio noſtra · Recole igitur
o anima ṗmoꝛdia tua/attende ꝙ
es inſignita dei imagine/decorata
eius ſimilitudine/ deſponſata fide
dotata ſpe/ꝑelecta caritate/redēp
ta ſanguine/pticeps grē̄e/capax
beatitudinis quid tibi cum carne.
Unde iſta pateris ſi diligēter con
ditiones eius aduertis · Numqͣ
vilius ſterquiliniū vidiſti·ſi eius
miſeriā enumeraē velis qͣ onuſta
ſit peccatis·pruriens cōcupiſcen⸗
cijs·occupata paſſionib⁹. pollu
ta illuſionib⁹·confuſione plena·
ignominia repleta·quid de ea ha
bes aliud qͣ cogitationes fedas a
īmundas et in ſimilitudinē poꝛci
cōnumerari· Hec bernard⁹ Idem
o anima deuota erubeſce volutari
in ſceno que es de celo· Idem ſup
Cantica· O anima donec in car⸗
ne es inter ſpinas verſaris et ne⸗
ceſſe eſt vt temptationū tribula⸗
tiones a pugnacōnū aculeos gra
uiter patiaris·Unde dicit² tibi in
cāticis· Sicut lilium inter ſpinas

ſic amica mea īnt̄ filias O candēs
liliū· o tener ⁊ delicate flos. incre
duli et ſubuerſores ſunt tecum ⁊
cum ſcorpionibus habitas Vide
ergo q̄modo caute ambuleˢ inter
ſpinas Caro ⁊ mundꝰ pleni ſunt
ſpinis cōuerſari cum eis ⁊ nō ledi
dīne potentie eſt ⁊ nō vꝰtutis hu
mane. Hec bernardꝰ Eſt ⁊ alius
inimicus fortis ⁊ crudelis q̄ mira
caliditate oīm diſcutit cōſuetudi-
nes· ventilat curas· ſcrutatᷣ affectꝰ
et ibi ſemꝑ querit cauſas nocēdi
vbi qn̄qꝫ viderit ſtudioſius occu
pari. Nouit em̄ hic hoſtis anti-
quus ab initio hūani gn̄is inimi
cus/ cui ipſe illecebras gule inge-
rat/ cui virꝰ inuidie infundat/ cui
blandimenta luxurie obiciat/ cui
vana ſupbie incitamēta ꝑmittat
nouit quē metu opprimat/ quem
gaudio fallat/ quē admiratione
ſeducat Habet etiā aliq̄s ſibi ob-
ligatos quoꝝ ad alioꝝ decipiēdos
īgenijs vtitur ⁊ linguis O anima
fragilis ad decipiendū/ facilis ad
capiendū/ difficilis ad ſurgendū
q̄liter iſtius crudelis adūſarij la
queos euadē poteris/ quē tantis
ſubtilitatibꝰ ꝓditū agnoſcis Hec
leo ꝑꝑ ¶ Anima E Nūc video iā
ꝑmitꝰ recognoſco ſicut dt Augꝰ·
Conſuetudo pcti eſt ꝙ nō facile
cognoſcitᷣ ab eo q̄ ipſo ꝑmitᷣ/ ſed
mox cū cepit ſe q̄s ab illo alienaē
tūc demū cognoſcit in q̄ta fedi-
tate iacuit Igitᷣ quia iā aliq̄liter
meipſam a pctō alienare incipio

et ꝑ hoc me et pctm̄ agnoſco/ me
āplius a planctu cōtinē nō valeo
O dn̄e deus meus tu impſſiſti m̄
amabilē imaginē tuā/ et ego ſuꝑ
induxi odibilē imaginē diabolicā
Heu heu miſer homuncio/ ꝙ de-
monis imaginē ſupimpſſi ſuper
imaginē dei· Cur nō odi eius imi
tationē cuiꝰ abhorreo nomē Ille
ſponte cecidit/ ego volens corrui·
Ille nulla ꝓcedēte vindicta pecca
uit ſupbiens/ ego viſa eius pena
peccaui contēnens/ ille ſemel ino
centia eſt īſtitutꝰ/ ego multocīes
ſū reſtituta/ ille ſe erexit contra eū
qui ſe fecit/ ego me erexi cōtra eū
q̄ me ꝛfecit/ ille deū dereliq̄t ꝑmit
tentē/ ego fugi deū pſequētē/ ille
ꝑſtat in malicia deo reprobante/
ego curro a deo miſericorditer re
uocante Et ſi ambo cōtra deū/ ille
tn̄ nō cōtra req̄rentē ſe/ ego vero
cōtra morientē ꝓ me Ego eiꝰ ima
ginē horrebā/ tn̄ in multis me in
uenio horribiliorem Fuge fuge a
me o horribilis ſꝑa· Si me video
eſt horror ītollerabilꝫ/ ſi nō videro
eſt mors ineuitabilꝫ O ꝙ̄ felix qui
ſibi eſt horribilꝫ/ multo felicior cui
mors eterna ſenſibilꝫ Anſelmus·
O pater patientiſſime· o rex cle-
mētiſſime· tegē nō valeo· excuſaē
nequeo· et tn̄ cōfiteri nō modicū
erubeſco· Iā cauſā tantoꝝ maloꝝ
inuenio· iam quod prius latuit
agnoſco Bernardus in medita-
tionibus Cor meum miſerū dum
futurum non curauit gaudium·

nec diuinū queſiuit conſiliū. a ſe⸗
ipſo fuit elongatū ⁊ in amoē ter⸗
reſtriū occupatū· dumqꝫ elapſuꝫ
fuit ab illis ⁊ inuolutum in iſtis·
vanitas ipſū recepit· luxuriā pol
luit. curioſitas abduxit· cruciaba
tur īuidia· toꝛquebat̄ iracūdia· di
uidebatur auaricia· auxiebat̄ acci
dia. ſicqꝫ īmergebat̄ ōibꝫ vicijs
qꝛ vnū bonū qđ ſibi ſufficere po⸗
tuit dereliqͭ Abeant ergo mitiſſi
me deꝰ in obliuionē coꝛaꝫ te ōnia
male conſūpta mea tp̄a/ et cōcede
vt hoc tp̄is mei reſiduū foꝛte ni
mis breue ⁊ momentaneū ſit tibi
honoꝛificum/ michi fructuoſū/ et
ꝓximo edificatoꝛiū. Jā pijſſime
deus ꝓpter magnitudinē dāni qđ
infelix ⁊ miſera miſerabilr̄ incurri
Video ⁊ cognoſco ꝗ meipſū ⁊ pec
catū meū ſufficiēter vt merui de⸗
plangē nō valeo/ ſi tāta debet eſſe
nō īmerito pc̄ti deteſtatio· quāta
fuerat in miſera volūtate delectaº
¶ Homo ¶ O anima ſi pro te vt
aſſeris nō potes nec ſufficis delic
tū tuū deplangē/ neceſſe habes te
ad aliquē ſanctoꝝ cōuertere. An
ignoras ꝗ ſcđm Bernardū· Se⸗
cuꝝ habes acceſſū ad deū vbi ma
trem habes ante filiū· filiū añ pa
trem Mater pro te oſtendit filio
pectus et vbera. filius patri latus
et vulnera· Putas ꝗ vlla poterit
ibi eſſe repulſa/ vbi tot ſūt carita
tis indicia In piculis ergo ⁊ in an
guſtijs ac in rebuꝰ dubijs mariā
cogita/ mariā inuoca Nō recedat

a coꝛde tuo · non diſcedat ab oꝛe
tuo Jpſam ſequēs nō deuias. ip⸗
ſam rogans nō deſperes· ipſa te⸗
nente nō coꝛruis· ipſa ꝓtegente
non metuis· ipſa duce nō fatiga
ris· ipſa ꝓpicia ad veniā puenis·
Hec Bernardus Anſelmus Dic
igitur o anima cū magna mentis
fiducia. O dña ſi tuus filius p te
factus eſt frater noſter / nōne tu
per ipſū facta es mater nr̄ā Exul
tabo ⁊ letaboꝛ· quia quicq̄d iudi⸗
cabitur de me pendet ex ſentētia
matris ⁊ fratris mei· ¶ Anima ¶
Cum peccaui in filiū irritaui ma
trem Matrē offendē non potui
ſine iniuria filij Quid ergo o hō
faciā Quis recōciliabit me Quis
michi placabit matrē irritato fi⸗
lio· ¶ Homo ¶ O anima nō du
bites ſi ambo ſunt offenſi · ambo
ſūt clementes· ambo pijſſimi Cō
fugiat ergo reus iuſti dei ad piā
matrē Refugiat reus offenſe ma
tris ad benignū filiū ⁊ dicat· Deꝰ
qui factus es filius femine ꝓpter
miſericoꝛdiā Femina que facta es
mater dei ꝓpter miſericoꝛdiā aut
miſeremini mihi impie peccatrici
aut oñdite mī magis miſericoꝛdē
ad quē ego miſerā cōfugē valeam
Anima ¶ O ꝗ̄ ſanū conſiliū tuū
ꝗ̄ conſolatoꝛiuꝫ eſt michi miſere
verbū tuū Quia quando peccatū
meū recte aſpicio/ tūc inuenio tūc
agnoſco ꝗ elementa per peccata
mea pollui/ celos inq̄naui/ aſtra
celi obfuſcaui· Dampnatos in in

inferno cruciaui/ſcōs in celo ꝑtur
baui/angelos michi ad cuſtodiā
deputatos irreuerēter ꝑtractaui
Vnde ab omnib⁹ hijs auxiliū pe
tere ꝑtimeſco · Et quia iuſti iuſte
michi indignati ſūt ad ipſos con
fugere nō p̄ſumo ¶ Homo ¶ O
anima nimia eſt trepidatio tua/
q̄uis placita ſit humiliatio tua·
An ignoras ꝙ multi ſancti pec-
cauerūt/qui qualiť nobis peccāti
bus miſereri debeant in ſuis mag
nis peccatis didicerunt. Cogita
moyſen ꝓphetam eximiū de dĩna
potentia deſperantē· Cogita da-
uid regē ſanctiſſimū contra dĩnā
legē adulterio ⁊ homicidio peccā
tem· Agnoſce ſalomonē ſapien-
tiſſimū idola vana adorantē Cog
noſce manaſſē regem iniquiſſimū
qui plus q̄ omnes reges iſrahel
peccauerat qui dicebat · Peccata
mea ſuꝑ numerū arene maris et
nō ſū dignus videre altitudinem
celi pre multitudine iniq̄tatis mee/
hos ſemꝑ cogita veniā impetran-
tes Sed quid plura de ſanctis ve-
teris teſtamenti· Cogita nunc et
aduerte paucos de ſanctis noui
teſtamenti· Vide Matheū ſeden-
tem ad theoloneū peccatorem ⁊
publicanū ⁊ aſſūptū in diſcipulū
Vide paulū lapidantē ſtephanū
⁊ electū in apl̄m Vide petrū xp̄m
abnegantē/⁊ mox veniā impetrā
tem· Vide militē xp̄m crucifigen-
tem et tamen de diuina miſericor-
dia p̄ſumentē · Poſtremo cogita

o anima ꝙ illa famoſa ⁊ imunda
peccatrix maria magdalena fcā
eſt ſingularis et ſpecialis chriſti
amatrix· Oīs em̄ quotq̄t mō cū
deo regnāt/vel olim ſicut nos pec
cauerūt/ vel ſaltē peccaſſe potuiſ
ſent/ſi eos dĩna clementia a pctō
nō p̄ſeruaſſet· Quia cuicūqʒ do-
natū eſt vt peccaē penitus nō po
tuerit/nō eſt hoc natuē humane
ſed diuine gratie ¶ Anima ¶ Iā
nunc ſecure ꝓphetas ⁊ reges im-
ploro Audacter martires ⁊ apo-
ſtolos inuocabo/cōfeſſores ⁊ vir-
gines et viduas cōſtanter inter-
pello Sed tamē pre omnib⁹ hijs
dei genitricē ſacratiſſimā virginē
Mariā ↄfidentius adorabo Scio
eniʒ ꝙ tā pia dulcis et ſuauis eſt
Maria/ ꝙ nec nominari poteſt/
quin accendat nec cogitari/ quin
recreet affectū diligentiū ſe· Hec
eſt illa que ſalutem omnibus im
petrauit/et totius mundi repara
tionē inuenit Hec bernard⁹ anſel
mus O femina mirabiliter ſingu
laris et ſingulariter mirabilis/ ꝑ
quā elementa renouātur/infirmi
medicātur/homines ſaluantur/⁊
angeli reintegrantur. O femina
gratia plena/de cui⁹ pleītudinis
habundantia reſperſa reuiuiſcit
omnis creatura Bernardus· O
benedicta genitrix vite/inuentrix
gratie/mater ſalutis/ ꝑ te acceſſū
habem⁹ ad filiū tuū/ vt ꝑ te nos
ſuſcipiat qui per te datus eſt no
bis Excuſet apud ipſū integritas

tua culpam coꝛruptionis noſtre
humilitas tua o beatiſſima veniā
impetret vanitati noſtre· O bene
dicta per graciā quā īueniſti/per
miſericoꝛdiā quam peperiſti/fac
vt qui mediante te dignatus es
fieri ꝑticeps miſerie noſtre te in
tercedente nos faciat particeps
gloꝛie ſue.

¶ Qualiṫ anima refoꝛmata eſt
per gratiam

Homo

IAm nūc vt eſtimo o aīa
aliq̄liter meritoꝛie cōuer
tiſti radiū cōtēplationis
ad videndū q̄liter foꝛmata ſis ꝑ
naturā ⁊ quō defoꝛmata ꝑ culpā
cōuerte nūc radiū tuū/iā vt ſpero
ꝑ cōtritionē depurata ad intuēdū
q̄liter ſis refoꝛmata ꝑ g̃tiā Scire
tū debes/ꝙ quāto ꝑfectius ꝑ con
tricōnis lauachꝝ caligo mētis de
tergitur/tāto lucidius dīne repa:
tionis beneficiū ſpeculaṫ Peccatū
em̄ ſm̄ Aug⁹· eſt tenebra quib⁹
intellect⁹ obtundiṫ et interioꝛ hō
totus obtenebraṫ· Vñ neceſſe eſt
vt tanto ſollicitī⁹ mētales oculi a
pcti tenebris ꝑ cōpunctionis la:
crimas cōtinue expugētur· quāto
āplius per hanc cōtēplacōnis ra
dius obtenebraṫ Iā igitur aīa in
affectōib⁹ ſerenata dirige radiū
cōtēplationis ad intuendū· ꝙ̄ ꝓ:
funda dei clemencia/ et ꝙ̄ alta dei
ſapīa ꝙ̄ q; mira dei potentia/ſis ꝑ
gratiā refoꝛmata· Cōſidera ꝑmo
q̄liter ꝑ beneficiū redēpcōis te a
peccato oꝛiginali liberauit An ig:
noꝛas ꝙ per pctm̄ oꝛiginale cās
bonis naturalibus ⁊ ſpūalib⁹ ſpo
liata/ꝑtāti ꝑncipis tenebꝛaꝝ ſb:
iugata/a patria tua repulſa ⁊ ali
enata. Unde ſcdm̄ Bernardū Sin
gularis maieſtas moꝛi voluit vt
viuerem⁹/ſeruire vt regnarem⁹/
exulare vt repatriarem⁹ Et ad vi:
liſſima opa inclinatus eſt/vt nos
ꝯſtitueret ſup oīa opa ſua Venit
em̄ filius hoīs querē ⁊ ſaluū facē
qđ ꝑierat Venit inq̄̄ vt te ſupbū
hūiliaret Grego. in regiſtro· Ad
hoc vnigenit⁹ dei filius foꝛmā in
firmitatꝭ nr̄e ſuſcepit/ad hoc nō
ſolū viſibilis ſ; etiā deſpect⁹ appa:
ruit Ad hoc ꝯtumeliaꝝ ludibria
illuſionū pꝛobꝛa paſſionum toꝛ
menta tollerauit/vt ſuperbū non
debē eſſe hoīem docēt hūilis de⁹
Aug⁹· Oīa bona ṫrena cōtēpſit
deus/vt cōtemnāda mōſtraret/⁊
oīa terrena mala ſuſtinuit· vt ſuſ
tinēda doceret/ vt neq; in illis q̄:
retur felicitas/ neq; in iſtis time:
retur adūſitas. Venit ſcđo vt te
patri recōciliaret Aug⁹· Cū ini:
micus eſſes patri/ ego recōciliaui
te/cū longe eſſes ego veni vt redu
cerē te· Cū inṫ mōtes ⁊ ſiluas er:
rares q̄ſiui te/inṫ lapides ⁊ ligna
īueni te. in humeris meis poꝛtaui
te patri meo reddidi te/laboꝛaui
ſudaui· caput meum ſpinis expo
ſui / manus meas clauis obieci /
lancea latus meum aperire per:
miſi/ ſanguinē meum pro te fudi

Tot et que non dicam iniurijs ꝛ
aſperitatibꝰ laceratus ſū ꝓpter te
ſed heu ꝓpter peccatū tuū te diui
dis a me Uenit tercio vt te vendi
tū repararet Augꝰ· Admiremꝰ
gratulemur/amemus/laudemus/
adoremꝰ/ quoniā per redēptoris
noſtri mortē de morte ad vitā/ de
tenebris ad lucē/ de exilio ad pa-
triā/de corruptione ad incorrup
tionē/de miſeia ad gloriā/de luctu
ad gaudiū vocati ſumꝰ Gregoriꝰ
nazanzenꝰ O mira et inaudita ꝑ-
mixtio qui creator eſt fit creatuā
qui īmenſus eſt capitur / q̄ diues
eſt in omnes paup efficit̄ Suſce-
pit imaginē carnis mee/vt imagi
nem quā fecerat reparet· Ut car-
nem mortalē īmortalitate dotaēt
Expgiſcere nūc o anima mea re-
ſpice in faciē xp̄i tui· Uide faciem
illā quondā ſplendore luminoſā
ꝓpter te velatā contra claritatē· de
core ſpecioſam inflatā/contra ſpe
cioſitatē dulcore gratioſā cōſputā
contra graciositatē Amore deſide
rabilem abhominabilem/contra
deſiderabilitatē· Uide nunc o aīa
mea mira ꝛ inaudita prodigia/et
diligent̄ conſidera/ que fecit dn̄s
ſup terrā Deus illuditur vt hono
reris· innocens flagellatur vt cō
ſoleris Juſtus crucifigitur vt libe
reris· Agnꝰ īmaculatus occiditꝰ
vt epuleris/ſanguis ꝛ aqua de la
tere lanceati emittuntur/vt pote
ris· Reſpice igit̄ in preciū redēp-
tionis placans offenſam ꝑuarica
tionis· Aſpice exemplū informa
tionis/ ꝑſtans āminiculū ſanctifi
cationis· Aſpice auxiliū ꝓtectio
nis/reſerans ianuā īcarnationis
ſuſcipe ꝑmiū retributionis confe
rens gratiā iuſtificationis· Aſpi-
ce o anima delicata contemplādo
aſſidue/ et fac imitādo pfecte ſm
exemplar conſumate iuſticie/ qd
tibi in monte monſtratū eſt/ hoc
eſt in xp̄i glorioſiſſima paſſione·
an non conſideras ꝙ delicijs cor
poralibus eſtuas/ ꝛ xp̄s dominꝰ
tuus/rex tuꝰ/ſponſus tuꝰ/magiſ-
ter et amicus affligit̄ omni genē
penaꝝ· in omni parte ſenſuū· ab
omni ſtatu hoīm· Rex illuſit/pre
ſes iudicauit· diſcipulos vendidit
Apoſtoli reliquerunt pontifices
ſcribe et phariſei tradiderūt/ gen
tiles flagellauerūt/ꝛ turbe condē
nauerūt/ac milites crucifixerunt
Bernardus Caput illud angeli
cis tremēdū ſpiritibꝰ denſitate ſpi
narū pungit̄· Facies pulchra ꝑ fi
lijs hoīm ſputis iudeoꝝ deturpat̄
Oculi lucidiores ſole caligāt̄ in
morte· aures q̄ audiūt angelicos
cantus audiūt peccatoꝝ inſultꝰ·
os qd docꝫ angelos felle ꝛ aceto
potatur· pedes quoꝝ ſcabellū ado
ratur q̄niā ſanctū eſt· cruci clauo
affigunt̄· manꝰ que formauerūt
celos ſunt ī cruce extenſe ꝛ clauis
affixe· corpus verberat̄· latus lan
cea pforatur Et quid plura non
remanſit in eo aliquid liberū· niſi
ſola lingua/ut pro peccatoribus

exoraret et matrē diſcipulo com⸗
mendaret Hec bernard⁹ O fidel
anima ſaluator noſter nullis ad
uerſanciū tēptamentis potuit a
noſtre ſalutis cura reuocari. Sed
quo magis eius nobis oſtendit
emulatio/ eo grauior nos ſi hanc
ſpernim⁹ ſequitur dampnatio· ¶
Anima ¶ O homo iā diu tacui
quia que ꝓpoſuiſti cū gaudio pa
riter ⁊ luctu deuota mente recepi
Gaudens igitur gaudebo in dn̄o
quia me tm̄ dilexit vt vnigenito
filio ſuo non parceret O ineſtima
bilis dilectio caritatis/ vt ancillā/
imo nec nomine ancille dignā re
dimeres/ filium tradidiſti· O dn̄e
ihesu xp̄e qui ꝓpter me tibi nō pe
perciſti/ cor meū tuis vulneribus
ita ſaucia/ et mentē meā tuo ſan⸗
guine ita inebria vt quocūqʒ me
vertā ſemp te videā crucifixū· Et
quicq̄d inſpexero michi appareat
tuo ſanguine rubricatū/ vt ſic to⸗
tus in te tendens nil valeā preter
te inuenire nil niſi tua vulnera in
tueri/ hec michi conſolatio tecum
mi domine crucifigi/ et michi ſit
intima afflictio aliquid preter te
meditari Hugo de ſancto victore
Nulla dilectio maior/ nulla cari⸗
tas ſincerior/ nullus amor forcior
mortu⁹ eſt ꝑ me innocens/ nichil
in me inueniens qd amaret. ſed
heu quod eſt hanc mirā circa nos
diuine pietatis dignationē adū⸗
to/ de nimia ingratitudine mea nō
modicū confundor ⁊ erubeſco·

Homo ¶ Hugo de arra anime·
O anima dereliquiſti ſponſū tuū
proſtituiſti amorē tuū et pro tan
tis beneficijs gratias nō egiſti· qʒ
vt releuaret te illuc vnde ceci de⸗
ras ipſe deſcendē dignatus eſt/ et
pie pati quod tollerabas Cogita
ergo quātū diligat te/ qui nō niſi
moriendo a morte voluit liberare
te· Hec hugo· Vnde anima mea
quanto beneficia redemptoris re
cognoſcis digniora/ tāto peccata
ingratitudinis ſūt deteriora Vide
ergo ne ſis ingrata/ cui tāta bene
ficia ſunt collata· Magnū em̄ eſt
peccatū ingratitudo Quia ſcd̄m ber
nardū Ingratitudo eſt q̄ſi ventus
vrens exſiccans riuulos diuine
mīe/ fontem clemencie et fluenta
gratie· Attēde igitur o anima fre
quenter volue et reuolue in mēte
illud horribile verbū/ qd contra
ingratos ꝓfertur in pſona ſalua⸗
toris dicentis· O aīa vide quanta
pro te pacior· ad te clamo q̄ pro
te morior/ vide penas quib⁹ affi⸗
cior/ vide clauos quib⁹ confodior
audi improperia quib⁹ cōfundor
Sed cʒ ſit tantus dolor exterior/
cruciatus tamen interior eſt gra⸗
uior/ cum te ingratū experior. Et
alibi Bernard⁹ Contra ingratos
in pſona xp̄i inuehit dicens Po⸗
puli me⁹ quid feci tibi aut in quo
moleſtus fui tibi Reſponde mihi
quid cauſe eſt ꝙ inimico meo ma
gis libet ſeruire q̄ꝫ michi· Attēde
ꝙ ego ſū q̄ creaui te Ego oībus

bonis ditaui te. ¶Et ſi hec modica
videntur ingratis/ ego ꝓcioſiſſimo
ſanguine meo redemi te ¶Eya aīa
mea nō recedant hec a corde tuo
non diſcedant ab ore/ſemꝑ grās
age/nūꝙ̄ ceſſa vnigenitū dei filiū
pro tantis donis benedicē ⁊ mag
nificare. ¶Sit tibi dilectꝰ pro hijs
omnibꝰ aliquando faſciculꝰ mir-
re in corde tuo / aliquando iubilꝰ
in mente/laus in ore/melos in au
re ¶Anima ¶Jam diucius me
continere non valeo. ¶Dic queſo.
¶Quid retribuā domino pro om-
nibus q̄ retribuit mihi ¶Homo
¶O anima ſicut dicit Bernardus
in meditationibꝰ. ¶Totam vitam
tuā debesˢ huic non immerito/qui
vitā ſuaꝫ pro te poſuit ¶Et crucia
tus duros ſuſtinuit/ne et tu eter-
nos cruciatus ſuſtineres. ¶Quid
tibi durū eſſe poterit cū recorda-
tus fueris/ꝙ ille ſpecioſus forma
dei pro te voluit crucifigi ¶O ꝙ̄ in-
debita miſeratio/ ꝙ̄ inopinata di-
lectio/ ꝙ̄ ſtupenda dulcedo/ regē
glorie pro deſpectiſſimo vermiculo
crucifigi ¶O ꝙ̄ dulcis amicus o ꝙ̄
fortis auxiliator/o ꝙ̄ prudēs cō-
ſiliator ¶Anima ¶O homo fa
teor vt vere cognoſco ſi eſſent in
me omnes vite filioꝝ adam/om-
nes dies ſeculi/et labores oīm ho
minū qui ſunt fuerūt et erunt/ ni
chil eſſet ad comparationē illius
quod ſponſus meus pro me ſuſti
nuit / quod pro peccatis meis fi-
lius dei tollerauit ¶Cū ergo dona-

uero ei quicq̄d ſū ⁊ quicq̄d poſſū
non erit ſicut ſtella ad ſoleꝫ/ ſicut
ſtilla ad fluuiū et ſicut puluis ad
montē. ¶Hec bernardꝰ ¶Homo
¶O anima quia iā conſidero ꝙ de
purata contēplationis oculo gra
tiam diuine redēptionis qua te a
peccato originali ſponſus tuus
liberauit agnoſcis /adhuc modi-
cum pro deo loqui incipiā/ et tibi
ad cumulum diuine miſerationis
qualiter per ipſā a peccato actu-
ali liberata ſis oſtendā ¶Conuerte
igitur radium contēplationis ad
beneficiū iuſtificationis/et conſi-
dera domini tui gratiā/ꝙ̄ paterne
per occultā inſpirationē te a pec-
cato reuocauit/ꝙ̄ dulciter ⁊ ꝙ̄ a-
micabiliter alloquendo per inte
riorem allocutionē te vocauit di-
cens. ¶Reuertere reuertere ſuna-
mitis/id eſt anima per peccatum
miſera effecta/captiua et mortifi-
cata. ¶Reuertere inquit ad me o
anima/ego creator tuus ſum. ¶Re
uertere ego ſū redēptor tuus ¶Re
uertere ego ſum tuus conſolator
¶Et ſi hec modica videntˢ ¶Reuertē
vltimo/quia ego ſū tuus liberalis
remunerator. ¶Reuertere igitˢ ego
ſū qui te tā nobiliter creaui. ¶Re-
uertere ego ſū qui te tā miſericor
diter per mortē meā amariſſimā
de morte eterna liberaui ¶Reuertē
ego ſum qui te bonisˢ ſpiritualibꝰ
et corporalibus tam multipliciť
ditaui. ¶Reuꝰtere vltimo o anima/
ego ſum qui te iam ꝑ preparatā

felicitatē tam liberaliter remune=
raui. Reuertē inquit a peccato co
gitationis/a peccato locucōnis/a
peccato actiōis ⁊ a peccato aſſue
factionis. Reūtē ad me o anima/
te ſancti cuȝ magno deſiderio ex=
pectant ⁊ ad tuū aduentū angeli
exultant. Reūtere vocat te expan
ſis in cruce manibꝰ Jheſus xp̄s.
Reūtere tuū reditū p̄ſtolatur to
cius trinitatis abiſſus. O anima
hec fuit vox ſi bene recolis dilecti
inuitantis Aduerte nūc que fue=
rit longanimitas expectantis O
quāto tēpore tuū aduentū expec
tauit. Heu quanto tempore te in
peccatis tuis tollerauit O q̄t ⁊ qn̄
tos an̄ tuā cōuſionē dānauit/⁊ te
ſemp peccantē miſericorditer ex
ſpectauit. Reūtere adhuc o aīa
xp̄s in cruce expectans te habet
caput inclinatuȝ ad te peccatricē
et immundā deoſculandū Habet
brachia extenſa ad amplexandū
manus apertas ad remittendū.
Corpꝰ extenſū ad ſe totū impen
dendū. Pedes affixos ad comma
nendū. Latus apertū ad te in il=
lud intromittendū. Eſto ergo o
anima iam colūba nidificans in
foraminibꝰ petre in cauernis ma
cerie. puola manꝰ/puola pedes/
inuola lateri/ibi tuta requies/ibi
ſecuā quies Hec bernardꝰ Hugo
de ſancto victore. Hec ergo o aīa
ſi digne cogitare poſſes quot et
quales in tui cōpaſſione abiecti
ſūt qui tibi dataȝ gratiā conſequi

non meruerunt Elegit ergo te de
omnibꝰ/aſſumpſit ex ōmbꝰ ama
uit pre omnibus. An ignoras q̄
feda prius fuiſti q̄ polluta et diſ=
ſoluta priꝰ extitiſti Ipſe te lauit
lauachro regenerationis / pauit
cibo dulciſſimi corporis Ipſe tibi
dedit veſtimēta virtutū/quibꝰ nu=
ditatē tuā tegeres/ et te adorna=
res Ipſe contulit aromata bonoꝝ
operū / q̄bus fetorē peccati effu=
gares/ dedit ſpeculuȝ ſcripture in
q̊ ſpeciē tuā agnoſcēs Homo
O anima vidiſti longanimitateȝ
expectantis/iam nūc conuerte ra
dium contēplationis ad benigni
tatē iuſtificationis Et cogita dili=
genter vnde tibi poſt hec omnia/
tā ineſtimabilis grāvt eius mere
aris eſſe ſponſa in quē deſiderant
angeli proſpicere Bernardꝰ Q̄d
ergo retribues domino pro ōni=
bus que retribuit tibi. Tribuit
eñ tibi per gratiā vt ſis ſocia mē
ſe/ſocia regis/ſocia thalami Vide
q̄bus brachijs a te ſit amplexan
dus/ q̄bus labijs deoſculandus/
q̄ te tanti eſtimauit/ vt te ſuo ſan
guine mūdaret ⁊ propter te ſom
num mortis exciperet Anima
Fateor iam ⁊ recognoſco experior
et intelligo me multa plura hijs
a deo meo recepiſſe / ſed pro hijs
omnibuſ nichil dignū beneficijs
tantis deo retribuiſſe Bernardꝰ
in meditacōnibꝰ. Miſericordias
domini ineternum cantabo. quia
ſeptē in me miſericordias factas

conſidero/per quas ſuã ineſtima
bilem pietatem euidentiſſime re-
cognoſco. Primo ꝙ a multis pec
catis me conſeruauit Secundo ꝙ
me peccantē non ſtatim dãnauit
ſed me ꝓlongante iniquitatē ipſe
ꝓlongauit pietatē Tercio ꝙ cor
meũ immutauit vt fierent dulcia
que ꝑ̄us erãt amara. Quarto qꝛ
me penitētē miſericorditꝰ recepit
Quinto ꝙ cõtinendi ⁊ emendan
di michi virtutē preſtauit Sexto
ꝙ dedit michi graciã ꝓmerendi·
Septimo ꝙ michi tribuit ſpem
obtinendi ¶ Anima ¶ Dic mihi
iam o homo ꝓpter diuinã clemen
ciam quid ꝓ hijs omnibꝰ domino
meo retribuã· ne fiam indigna ꝑ
cipiendis ſi ingrata fuero inuēta
de p̄ceptis. Quid ergo retribuã
domino/ niſi ꝙ diligaꝫ et gracias
agã/ confitear et laudem dicã no-
mini ſuo et̄no et benedicto. Qm̄
tam paratꝰ eſt michi dimittē ma-
la/ et tã ineffabilia conferre bona
gr̄tie eius deputo ꝙ peccata mea
quaſi glaciē ſoluit Gratie eius de
puto ꝙ quecũqꝫ mala non feci/ et
ideo õnia michi reputo dimiſſa
quecũqꝫ a me ipſo duce non ſunt
commiſſa· ¶ Homo ¶ O anima
ſcito ꝙ quicq̃d tibi dilectus tuus
contulit/ ꝓpter te quicquid ſuſti-
nuit/ totũ in caritate ꝑpetua qua
te dilexit conſũmauit· Vnde ſicut
eſtimo nec melius nec decentius/
ꝙ̃ per dilectionē retribuitꝛ quod
ex ſola dilectõe donatꝛ ¶ Anima
Eya mi domine deꝰ meꝰ ſi hec ita
ſe habent/ quãto ego infelix et mi
ſera diligere debereꝫ deũ meũ qui
me creauit cũ nõ erã/ redemit cuꝫ
perierã/ et de multis periculis libe
rauit me/ quando errabã reduxit
me/ quando ignorabã/ docuit me
quando peccabam corripuit me/
quando contriſtabar conſolatus
eſt me/ quãdo ſteti tenuit/ me qñ
cecidi erexit me/ quando iui duxit
me/ quando veni ſuſcepit me· Hec
⁊ multa alia fecit michi deꝰ meus
de quibꝰ dulce michi erit ſemper
loqui ſemꝑ cogitarē / ſemꝑ gr̄as
agere / vtinã pro omnibꝰ benefi-
cijs ſuis poſſim eũ laudare ⁊ amarē
Cũ eñ cunctis ſit ꝑ̄ſidens / ſingu
los implens/ vbiqꝫ preſens cunc
torũ curã agens / et tam ſingulis
ꝙ̃ omnibꝰ preuidens / ita tamen
totũ ad cuſtodiã meaꝫ occupatuꝫ
video/ quaſi omnibꝰ oblitus fue-
rit/ et michi ſolum intendere velit
Si eñ preſentē ſe michi exhibet/
ſemper ſe paratũ offert/ ſi me pa
ratum inuenerit/ vt quocunqꝫ me
verto nõ me deſerat niſi ego ꝑ̄us
deſeram eũ. Nec pro õnibus quo
illi retribuã/ habeo/ niſi tantũ vt
diligã Hec auctor de ſpiritu ⁊ ani
ma Bernardꝰ O bone iheſu quo
ciens poſt īmenſam et innumera
biles lacrimas/ quociens poſt va
rios ſingultos ⁊ gemitus me ſau
ciatum et iam pene deſperantem
vnxiſti vnctione miſericordie tue
et õnino pene deficientē excepiſti

gaudentem/ nec dereliquisti de ve
nia preſumentē Sed ſup hec om
nia michi te bone iheſu amabilē
non immerito reddit calix paſſio
nis quē bibiſti op⁹ noſtre redēp-
tionis quod ſuſcepiſti Hoc enim
eſt ꝙ totū amorē meum vendicat
ſibi · hoc eſt ꝙ meā deuotionem
blandius allicit/ ⁊ iuſtus ſtringit
et vehementius afficit· Etenī vbi
te humiliaſti vbi te naturalib⁹ ra
dijs exuiſti/ ibi caritas plus efful
ſit/gratia amplius radiauit· Hec
Bernardus Adiuro vos inqt aīa
in Canticis/filie iheruſalē vt ſi in
ueneritis dilectū nūciate ei quia
amore langueo Bernard⁹ Non
operit anima quē diligit quia p̄-
ſentē omnib⁹ credit/ qui de corde
ſuo nō recedit Auguſtin⁹· Amo
te domine et impatiens eſt amor
nec lacrimis ſedatur donec amori
detur quod amatur· Nichil eius
meſticiā conſolatur quouſqꝫ non
aſpicitur qd deſideratur· ¶ Anima
Sed nūquid o homo ille tenetur
deum diligere qui ſe gaudet talia
qualia ego cōmiſi minime commi
ſiſſe. ¶ Homo ¶ O anima nō te
quiſꝙ irrideat ab eo egram ſanari
a quo preſtitū eſt/ut nō egrotaret
vel forſan vt maiores labores cau
tius euitaret· Et ideo deū tantūdē
ymo reuera amplius diligat / qꝛ
per eū me videt tantis peccatorū
meorꝫ languorib⁹ exui/ per ſe eū
videt tantis doloribus nō impli-
cari· Hec auguſtin⁹ in libro Con
feſſionū Iheronim⁹· Sine amore
caritatis q̄uis quiſqꝫ recte credat
ad beatitudinē tamen venire non
poteſt / quia tanta eſt caritas vt
etiā ꝓphetia et martiriū ſine illa
nichil eſſe credant/ nullū premiū
caritati cōpenſatur· Caritas enim
omniū virtutū obtinet principa-
tum Auguſtin⁹· Da michi te de⁹
me⁹ Redde te michi Amo te ⁊ ſi
par eſt amē validius. Nō poſſū
metiri quantū deſit michi amoris
tui/ vt currat vita mea ī amplex⁹
tuos/nec auertatur donec auertatur
in abſcondito vultus tui· Hoc tm̄
ſcio ꝙ male michi eſt preter te et
omnis copia que de⁹ meus nō eſt
michi egeſtas ē ¶ Anima ¶ Nūc
ergo o homo quia pro hijs om-
nibus dilectorē meū vt dixiſti di-
ligere debeo/dic queſo quātū aut
q̄modo ipſū diligā/ quaten⁹ ſibi
viciſſitudinē tante dilectionis re-
pendā ¶ Homo ¶ O anima ſm
Bernardū q̄uis cauſa diligendi
deū deus eſt/mod⁹ vero diligendi
eū/eſt ſine modo diligere· Poſſu-
mus tamē modū aliquē ex ipſis
ſacreſcripture locis inueſtigare ·
Ipſe enī qui tibi dilectionem tri-
buit modum diligendi oſtendit
quando dixit. Diliges dominum
deū tuū ex toto corde tuo / ex tota
anima tua/ et ex tota fortitudine
tua · Dilige igitur anima amore
ſingulari deū patrē qui te tā nobi
liter ex nichilo creauit. Deū filiū
qui te tam ineſtimabiliter pro te

moriendo reformauit· Deũ ſpm̃
ſanctũ qui tam miſericorditer et
tam dulciter ſepius te conſolan=
do a peccato conſeruauit/ et in bo
no confortauit Dilige igitur deũ
patrem fortiter vt nullo alieno
amore periculoſe vincaris Deum
filiũ ſapienter vt nullo alieno vi=
cioſe infacieris Vel aliter ſm̃ Ber
nardũ. Diſce a chriſto o anima
chriſtiana quẽadmoduꝫ debeas
diligere chriſtũ. Dilige dulciter
prudenter et fortiter Dulciter vt
amore illius omnis amor alius
tibi vileſcat/⁊ ipſe ſolꝰ ſit tibi mel
in ore/melos in aure iubilꝰ in cor
de· Dilige prudenter vt amor tuꝰ
in eo ſolo ⁊ in nullo alio continue
inardeſcat· Dilige fortiter vt tua
fragilitas omnia dura et aſpera
gaudenter pro ipſo ſuſtineat Vt
dicas labor meꝰ vix eſt vnius ho
re ⁊ ſi amplius eſt non ſentio pre
amore Iheronimus· Ita chriſti
anus per amorẽ in chriſtũ iugiẽ
intendat vt omnia libenter ꝓpter
ipſũ ſuſtineat donec ad ipſũ per=
ueniat· Hec iheronimꝰ ¶ O anima
ſemper in mente tua pertracta ꝙ
dulciter chriſtus te dilexit in in=
carnatione/ ꝙ prudenter in conũ
ſatione/et ꝙ fortiter in paſſione·
nulla dilectio maior· nulla caritas
ſincerior/nullꝰ amor forcior· mor
tuus eſt pro te innocens nichil
in te ĩueniens quod amaret Hec
hugo de ſancto victoẽ ¶ Anima
Dic q̃ſo o homo ſalua reuerẽtia

tua ñ ex curioſitate/ſꝫ ex hũilitate
nõ humilitate/ non ex preſũptio
ne ſed pocius ex deuotione inter
rogo Et quid eſt quod amo/cum
deum meum amo ¶ Homo ¶ O
anima ſi tua queſtio eſſet preſũp
tuoſa nimis eſſet vitioſa/ſed quia
ex deuotione originatur deuotã
reſponſionem meretur Audi er=
go quid dicit ille magnꝰ amator
dei Auguſtinꝰ in libro confeſſio=
nũ Cũ deũ inq̃t amo ñ amo ſpẽm
aut decus/non tp̃s/nõ candorem
lucis iſtis amicũ oculis/ non dul=
ces melodias/nõ vnguenta ſuaui
ter redolẽcia / nõ m̃ana nõ mella
non membra carnis amplexibus
acceptabilia/non hec amo cũ deũ
amo Sed quid amo Amo lucem
quandã/quandã vocem quendaꝫ
odorem/ quendã cibum/ quendã
amplexũ interioris hominis mei
vbi fulget anime quod nõ capit
locus/vbi ſonat quod non capit
tempꝰ/ vbi redolet quod nõ ſper
git flatus/vbi ſapit quod non mi
nuit edacitas/vbi heret quod nõ
diuellit ſacietas. ¶ Anima Dic
queſo o homo vel paululũ de cari
tatis virtute/qua cognita ad dili
gendũ deum forcius animꝰ inar
deſcat ¶ Homo ¶ Reuera o ani=
ma caritatis fructus magnus eſt
ſed occultus. Ipſa enĩ ſecundum
Auguſtinũ in aduerſitatibꝰ tol=
lerat in proſperitatibꝰ temperat
in paſſionibus et fortis In bonis
operibus ⁊ hilaris/in temptatio

ne tutiſſima In hoſpitalitate libe
raliſſima/inter veros fratres letiſ-
ſima / inter falſos patientiſſima ·
Ipſa eſt inter opprobria ſecura /
inter odia beneficia/ int̃ iras pla-
cida/int̃ inſidias innocens/ in ini
quitate gemens/in veritate reſpi-
rans Hec auguſtin⁹ de laude cari
tatis· O amor ex quo oritur ſtrē-
nuitas morū/puritas affectuum/
ſubtilitas intellectuū/ſanctitas de
ſideriorum/claritas operū/ fecundi-
tas virtutū/dignitas meritorum ſub
limitas premiorum O dulcedo amo
ris/o felix amor dulcedinis/com-
medat te cor meū / et nectare tuo
repleantur viſcera anime tue Ber
nardus· O anima q̃ dulcis eſt ci
bus caritatis/qui feſſos alleuiat/
debiles roborat/ meſtos letificat ·
Iugum namqz veritatis facit leue
et onus eius ſuaue Idem· Fateor
domine non ſuſtineo pond⁹ dici
et eſtus / ſed iugū ſuaue et onus
leue porto Opus em̄ meū vix eſt
vnius hore/ et ſi plus eſt non ſen
tio pre amore . Sed quid plura ·
Hugo de ſancto victore Tāta eſt
vis amoris vt tale te neceſſe ē eſſe
quale eſt illud quod amas Et cui
per affectum cōiungeris in ipſi⁹
ſimilitudinez ipſa quodammodo
ſocietate trāſformaris Anima
Iam video quoniaz miſer eſt om
nis animus vinctus amicicia re-
bus tēporalibus/ que cum labor̄
acquirūtur cum timore poſſiden-
tur cum dolore amittunt Auguſ-
tinus Sed beatus eſt qui amat te
domine/ et inimicuz propter te et
amicū in te Solus em̄ nullū carū
amittit/ cui omnes in te cari ſunt
te vero nemo amittit / niſi qui di-
mittit· Qui ante te dimittit/quo
vadit niſi a te placido ad iratum.
Idem· O caritas que ſemper ar-
des et nunq̃ extingueris Caritas
deus meus accende me· Iubes vt
amem te / da quod iubes et iube
quod vis Iubes certe q̄ contineā
a concupiſcentia carnis/ a concu-
piſcentia oculorum et ābitione ſeculi
auguſtin⁹ Min⁹ te domine amat
qui aliquē tecum amat qđ prop
ter te non amat · O homo ame-
mus chriſtū et eius inherere que-
ramus amplexibus/et facile vide
tur omne difficile

## ¶ Capitulū ſecundū

¶ Quoniam inſtabilis ſit mun-
dus et mundana opulentia

¶ Homo

O Anima iam vt video re-
cognoſcis q̃ felix et q̃ be
tus eſt qui in ſolo eterni
tatis deſiderio per amorez figitur
quia nec proſperitate extollitur·
nec aduerſitate quaſſatur· Et dū
nichil habet in mundo quod dili
gat/nichil eſt in mundo quod pe-
timeſcat· Hec gregorius in mora
libus · Conuerte igitur o anima

nunc radium cōtemplationis ad
ea que ſunt iuxta te / hoc eſt ad
mundū iſtum ſenſibilem vt ipſū
et ea que ſunt in ipſo deſpicias/ ꝛ
eo deſpecto āplius in amore ſpon
ſi inardeſcas/ Minus em̄ eū amas
ſi aliquit cū eo appetis quod ꝓpt
ipſum et in ipſo nō diligas Tan
to eniꝫ ſecundū gregoriū quis ab
illo ſuperno amore diſiungitur/
quanto inferius delectatur Et ſm
gloſam ſuper exodo · Tanto q̄s
ab inferioris amore diſiungitur/
quanto ad ſola eterna amanda
ſubleuatur Cetera igitur creaturā
tibi vileſcat / vt creator in corde
dulceſcat Auguſtinꝰ Volue igit
ſemper ꝛ reuolue non tm̄ exaudi
tis/ ſed etiam ex apertis / non tm̄
ex dictis/ſed etiam ex factis/ ꝙ in
ſtabilis ſit mundana opulentia/
ꝙ mutabilis mundana excellen-
cia/ꝙ falſa et miſerabilis munda
na excellentia/ꝙ falſa et miſerabi
lis mūdana ſit gloria· Omne em̄
quod hic eminet multo plus me
rore affcitur ꝙ honore gaudeat
Bernardꝰ Ecce huiꝰ mundi ama
tores nundinas huiꝰ ſeculi per-
ambulāt/aliȷ̄ diuicias/aliȷ̄ hono-
res/aliȷ̄ gloriam querentes · Sed
quid de uicijs dicam que cum la-
bore acquirūtur cum timore poſſi
dentur/cū dolore amittunt Quid
de honore referam In loco ſubli-
mi poſitus es/numꝙ non eris iu-
dicandus ab omnibus / laceran-
dus ab omnibꝰ Nunquit in ho-
nore ſine dolore/ in prelatione ſi-
ne tribulatōne/ in ſblimitate ſine
vanitate eſſe quis poterit· Quid
de gloria · Nūquid aliud eſt niſi
quedam inflacio auriū· nunquid
et ipſa eſt ſine iudicio · Reſpice
quos antecedis et cogita quia in
omnibus inuidie ſemina prebes
Idem Totiens angelo apoſtate
ſimilis eſſe volo/quotiens pre eſſe
deſidero Hec Bernardꝰ Iheroni
mus· Nichil namqꝫ ſub ſeculo re
buſqꝫ ſeculi fugacius eſt· quas cū
tenere cupimus amittimꝰ Vidiſti
imperatoēs· vidiſti prefectos· vi
diſti exercitus victorias ꝛ trium-
phas heri fuerunt et hodie non
ſunt· heri quaſi flos apparuerūt
hodie quaſi fenum aruerunt Ni
chil itaqꝫ bonum eſt niſi quod ꝑ
petuum eſt· ¶ Anima O ho-
mo ſi hec ita ſe habent quid eſt
quod miſeri homines querūt dū
mundi vanitates appetunt · O
quantuꝫ excecati ſunt qui mundi
gloriam querūt Gregorius Nō-
nulli dū quorundā gloriā cernūt
magnū aliquod exiſtimant/ atqꝫ
vt talia mereantur exoptant Cum
vero eos morientes aſpiciūt· eoꝝ
ꝙ vana ſit gloria cū gemitu faten
tur ꝛ dicūt Ecce quā nichil eſt hō
Homo O anima cariſſima et
quid ſunt mūdana ōnia/niſi q̄dā
vana ſomnia Et quid ꝓfuit ſup-
bia aut diuiciarū iactancia ama-

toribus ſuis · Tranſierunt enim
omnia tanq̄ vmbra · ⁊ tanq̄ na-
uis que pertranſit fluctuantem
aquam · cuiꝰ non eſt inueniē veſti
gium In malignitate enim ſua cō
ſumpti ſunt. Heu q̄ plurimi etiā
nullum ſignū reliquerūt · Ubi ſūt
p̄ncipes gentium et qui domina-
ti ſūt ſuper beſtias que ſunt ſup
terram Qui argentum theſau-
riſauerunt qui ciuitates et caſtrā
extruxerunt. Reges et regna bel-
lando deuicerūt Ubi ſapiens/vbi
ſcriba vbi inq̄ſitor huiꝰ ſeculi/vbi
ſalomon ſapiētiſſimꝰ /vbi alexan
der potentiſſimus / vbi ſampſon
fortiſſimus/ vbi abſolon ſpecio-
ſiſſimus · vbi aſſuerus glorioſiſſi
mus · vbi ceſares potentiſſimi/vbi
reges/ vbi p̄ncipes incliti · Quid
profuit eis inanis gloria · breuis
leticia · mūdi potentia. magna fa
milia · carnis voluptas. diuiciarū
falſitas/concupiſcentie ſuauitas ·
Ubi riſus · vbi leticia · vbi iactan-
cia · vbi arrogancia Ecce generoſi
tas ſanguinis · pulchritudo cor-
poris. forma elegans · iuuenilis
decor. predia · palacia imenſa · ſup
plex. adde et mundi ſapientiam.
de mundo ſunt hec omnia · ⁊ mun
dus quod ſuum eſt diligit · ⁊ cum
mundo non diu non ſubſiſtunt ·
Tranſibit enim mundus et con-
cupiſcentia eius Bernardus Tu
ergo ſi recte ſapis ſi tecum lumē
oculorum eſt/deſine ſequi que ſec-
qui miſerum eſt/que poſſeſſa one
rant/ amata inquinant et amiſſa
cruciant · Tu ergo relinque hec
omnia propter eum qui eſt ſup
omnia. Hec bernardus · Fuge er
go et confuge o anima ad vrbem
refugij hoc eſt ad vitam religio-
ſam · vbi poſſis de p̄teritis agere
penitentiam ⁊ in preſenti obtinē
gratiam et feliciter preſtolari fu-
turam gloriam Nec te terret pec
catorū conſcientia · quia vbi ſup-
habundauit iniquitas · ſuperha
bundare conſueuit et gratia Nō
penitentiarum auſteritas ipſa dete
reat · Non enī condigne ſunt paſ
ſiones huius temporis ad prete-
ritam culpā que remittitur/ ad p̄ntē
gr̄iā q̄ imittitur/ et ad futurā gloriā
q̄ p̄mittitur H bernardus ¶ Anima
Iam falſitatē et inſtabilitatē mū
di agnoſco · ſed neſcio quo vinculo
detēta adhuc adherere mentē neq̄o
Homo Certe ſi diligenter o
anima et prudēter periculū tuū
quod de mundo incurris aduerte
res/ procul dubio animum a ſeculi
vanitatibꝰ cohiberes Grauis enī
et nimis periculoſa eſt mūdana
conuerſacio · Quia ſcd̄m bernardū
Periclitatur caſtitas in delicijs/
humilitas ī diuicijs/ pietas in ne
gocijs/ veritas in multiloquio/ ca
ritas in hoc neq̄ ſeculo O anima
debilis ⁊ infirma que tam facilis
es ad decipiendū/ tā prona ad cadē
dum/ tā difficilis ad ſurgendū An

ignoras ꝙ ſicut difficile eſt arbo-
rem iuxta viam poſitā fructꝰ pul-
cherrimos vſqꝫ ad matuitatē ſer
uare. Sic difficile ē hominē iuxta
ſeculū viuentē iuſticiā immacula-
tam vſqꝫ in finem cōſeruare. Hec
Criſoſtimus. Item Auguſtinus
in epiſtola. Dinicula huiꝰ mundi
aſperitatem veram/iocunditatem
falſam/ certum dolorem/incertaꝫ
voluptatem/ durum laborem/ ti-
midam quietem/plenam miſeriā
nullam beatitudineꝫ/inanē ſpem.
O anima ſi hec in mente porta-
res mundum et ea que in mundo
ſunt contemneres. Et quid eſt ca
riſſima quod diligis/ quid eſt qđ
appetis/quid eſt quod in mundo
queris. Si prelacionem diligis
quid aliud facis niſi ꝙ vitam tuā
confundis. An ignoras ꝙ men-
ſtruoſa res eſt gradus ſummus
et animus infimus/ſedes prima ꝛ
vita yma/lingua magniloqua/ et
manus ocioſa / ſermo multus/ et
fructus nullus/vultus grauis/et
actus leuis/ ingens auctoritas/ꝛ
nutans inſtabilitas Hec Bernar
dus. Sed forte diceres prelacio
nem quideꝫ appeto/ſed in ipſa be-
ne viuere et ſancte intendo / lau-
do. Sed raro quid laudare valeā
inuenio. Unde ſemp timeo quod
dicit Gregorius in regiſtro. Ita
ſibi regencium et ſubditoꝝ meri
ta connectuntur/vt ſepe ex culpā
preſedentiū fiat deterior vita ſub

ditorum. Et ſepe ex merito ple-
bium delinquat vita paſtorū. Si
ſapientiā mundi queris O quan
to periculo te committis Bernar
dus. Heu quot ꝛ quantos mun-
di maledicta ſapientia ſupplanta
uit/ ꝛ conceptum in eis diuinum
extinxit ſpiritum/quem vehemen
tius dominus accendi voluit An
ignoras ꝙ ſapientia mundi ter-
rena eſt animalꝭ ꝛ dyabolica Ini-
mica ſalutis ſuffocatrix ſalutis et
mater cupiditatis Auguſtinus.
Qui ſine ſaluatore ſalutem vult
querere ꝛ ſine vera ſapientia eſti-
mat ſe prudentem fieri poſſe/non
ſanus ſed eger/ non prudens ſed
ſtultus/ ꝛ in egritudine laborat aſ
ſidue Qui enim creſcit in ſcientia
et non in bona vita elongatur a
deo Sicut dicit algazel. Tu ergo
ſi ſapiens eſſe deſideras diſcas in
terris quoꝝ ſcientia perſeuerat
tecum in celis Iheronimus. Hic
ſtudeasꝭ qualiter ad ipſum perue
nias quem ſemel vidiſſe eſt om-
nia didiciſſe Hec eſt illa eterna ve
ritas ſine qua omnia ſapere deſi-
pere eſt/quam ſolam cognoſcere
perfectum ſcire eſt Auguſtinus.
Infelix homo qui ſcit omnia alia
ſe autem neſcit Si auteꝫ ſe et alia
nouit non propter illa beacior/
ſed propter ſe ſolum beatus An-
ſelmꝰ Sed fortaſſe diuiciasꝭ mun-
diales pōpas ſeculares ꝛ delicias
carnales aīa mea diligis/ꝛ ꝓpter

hoc mundum inuite derelinquis
Sed attende ꝙ caduca et fragi⸗
lia ſunt hec/dic vbi reges vbi prī
cipes vbi omniū peccatoꝝ delec⸗
tores Timeo ꝗt milia ex ipſis ex
ipſis exterminati ſunt/ et ad infe
ros deſcenderīt· Q̄d nūc eis ꝓdeſt
ſuperbia/quid diuiciaꝝ iactantia
Gregoꝛiꝰ Nec diuiti obſūt opes
ſi eis bene vtatur nec pauperem
egeſtas cōmendabilē facit / ſi inē
inopiā ſoꝛdes peccati non caueat
Sed adhuc o anima īuenies qđ
obicies dicens· Mundū deſpicio
ſed amicos et cognatos derelin⸗
quere nō valeo· Friuola o anima
eſt hec obiectio Bernardꝰ· Fidel
ſermo et omni acceptione dignꝰ·
Si impiū eſt contemnere patreꝫ
vel matrem/ꝓpter chriſtum piiſſi
mū eſt· O dirū patrē o ſeuā ma⸗
trem/immo nō parentes ſed per
emptores qui te malūt perire cū
eis/ ꝙ regnare ſine eis Jheroni⸗
mus· Licet ſparſo crine et ſciſſis
veſtibus vbera quibꝰ te nutrierat
mater oſtendat· Licet in limine
pater iaceat/per contemptā ma⸗
trē/per calcatū patrē perge ſiccis
oculis/et ad vexillū crucis euola·
Soluꝫ pietatis genus eſt in hijs
fuiſſe crudelem Criſoſtomus An
ignoꝛas o anima ꝗ qui habꝫ ihe
ſum/habet patrē ⁊ matrē ⁊ omnē
amicum/quid ſequeris moꝛtuos.
Sequē viuū et dimitte moꝛtuos
ſepelirē moꝛtuos ſuos ¶ Anima
Jā ex verbis tuis o hō ꝑpendo et

ex multis experimentisꝰ cognoſco
ꝗ etiam mūdus in ſeipſo arruit·
Sed adhuc heu in multoꝛū coꝛ⸗
dibus floꝛet qui amaritudines
mundi diligūt fugientē ſequūtur
labentē amplectūtur/ dic que eſt
tante cecitatis ratio· ¶ Homo
O anima an ignoꝛas ꝗ tam deli
cata ⁊ tam nobilisꝰ es a ſponſo tuo
auctoꝛe ōnium condita/ꝗ ſine di
lectione eſſe nō potes Jheronimꝰ
in epiſtola ad euſtochiū. Diffici
le eſt humanā animā nō amare·
Neceſſe eſt enim vt mens noſtra
ad quoſcūqꝫ trahatur affectꝰ Vn
ſm Bernardū etiā opoꝛtet ꝗ aut
in ſūmis aut in īfimis delectemur
Igitꝰ ſm gregoꝛiū in moꝛalibꝰ qꝛ
ſūt nōnulli qui vitā ſuā negligūt/
dū trāſitoꝛia appetūt / et etna nō
intelligunt vel intellecta contem
nunt doloꝛē nō ſentiūt/dū vulne
rati ſunt Vnde heu ſe miſeri in bo
nis ſe eſſe putant/exiliū quaſi pa
triam diligunt/⁊ in cecitate quaſi
luminis claritate exultant. Econ⸗
tra electoꝛū mentes dum cuncta
trāſitoꝛia quaſi nulla conſpiciūt/
et ad quid ſunt condite requirūt
Cumqꝫ eoꝛum affectum nichil
extra deum ſufficiat/ in ſola contē
platione conditoꝛis quieſcunt/ſu
pernis intereſſe appetunt / et ad⸗
huc in mundo poſiti extra mun⸗
dum ſurgunt Idem ſuper Ezechi
eelem. Dulcedo videtur in rebꝰ hu
manis / ſed eis qui nullam de ce⸗
leſtibus dulcedinem experti ſunt

Quia dū mens humana minus
etna diligit/tāto dulciꝰ in tpalibꝫ
requieſcit. Sed ſi quis iam cordis
lingua guſtaueit/ que ſit illa dul
cedo celeſtiū premiorꝝ Huic quā-
to dulcius ſit quod intus videt
tantomagis in amaritudinē ver-
titur omne quod foris ſuſtinet.
Anima E Nec queſo o homo ꝓ
craſtineſ michi aliq̄d de mūdano
et celeſti gaudio ediſcē q̄tenꝰ vtri
uſqꝫ natura pfectius cognitavnū
veriꝰ deſpiciā et ad alterꝝ exequen
dū ſtudioſiꝰ me extendam/quia
puto ꝙ ſicut bonū non amat niſi
cognoſcatur ita malū nō deuitat
niſi intelligatur. ¶ Homo E O
annima eſtimo ꝙ mundanū gau
diū ſi tamen poteſt dici gaudiū et
nō potius flagellū icognitū/nūq̄
pfecte cognoſcitur/ niſi cuꝫ pfecte
deſpicitur. Vnde ſicut a perfecte
mundi contētoribꝰ traditur/mun
danū gaudiuꝫ potiſſime propter
quinqꝫ contēptibile eſt habendū
Primo ꝙ habet vtilitateꝫ in ob-
iecto Quid em̄ eſt ſeculi vita. Re-
ſpondit Auguſtinus. Impunita
nequicia/id eſt luxuriari inebria-
ri/ comeſſationibꝰ vacare/ vanita
tibus intendere/ et ꝓ hiis in hac
vita nichil mali ſuſtinere. Putāt
em̄ mali eſſe in delicijs cū non cor
riguntur pro ſuis nequicijs. Et
ignorāt ꝙ ſicut dicit Auguſtinꝰ
Nichil infeliciꝰ eſt felicitate pec
cantium/ qua penalis infirmitas
nutritur et mala voluntas robora

tur. Secundo habet impuritatem
in ſbiecto ¶ Anima em̄ peccatis
deformata/ eſt ſubiectū mūdani
gaudij/que letatur cū malefecerit
et exultat in rebus peſſimis Vnde
bene dicit beatꝰ Iheronimꝰ ꝙ ri
dere et gaudere in hoc ſeculo non
eſt factū hominis ſenſati ſed fre-
netici. Reuera o anima cor mun-
dū non cum hoc ſeculo in mundo
ſed cum deo et in deo letū eſt et io
cundū Tercio habet breuitatē in
ſeipſo quia gaudiuꝫ ypocrite in-
ſtar puncti quod nec latū nec lon-
gum nec altum eſt nec profundū
Auguſtinꝰ ſuper Iohannē. Leti-
cia ſeculi vanitas cū magno deſi-
derio ſperatur/vt veniat non po
teſt teneri cū venerit O anima q̄
breuis q̄ fragilis et q̄ caduca eſt
mundana leticia Breues em̄ dies
hominis ſūt Quarto habet triſti
ciam in termino quia ducunt heu
miſeri dies ſuos in bonis et in pū
cto ad infernū deſcendūt. Extre-
ma em̄ talis gaudij luctꝰ occupat
īmo o anima ſi vales diſcernē ta-
le gaudiuꝫ habet ſemper triſticiā
admixtā in actu ſuo quia ſemper
neceſſe eſt ꝙ p̄ſumat ſeua pertur
bata conſciencia. An ignoras o
anima ꝙ non diutius perdurat
leticia que eſt in commedendo et
bibendo q̄ durat triſticia que du
rat in eſuriendo et ſitiendo ſic eſt
de omnibus alijs Quinto habet
miſeriam magnā in effectu pro-
prio. quia eſt ſpiritualis gaudij

impedimentū· O anima agnoſce
ꝙ miſer ē hic mundꝰ· et ꝙ̄ miſerri
mi qui ſequūtur ipſū Semper em̄
mūdana gaudia excluſerunt ho
mines a beata vita Renuas igitᷣ
o anima mea in mundo delectari/
ſivis de dei mememoria conſolari
Auguſtinꝰ· Cetera creatura vi-
leſcat vt creator in corde dulceſ-
cat· ¶ Anima ¶ Mundū deſpi-
cio/iam falſam leticiaꝫ/verā triſti-
ciam/falſam dulcedinē/ꝛ verā mū
di amaritudinē agnoſco/et ob hoc
non īmerito ſecundū tuū conſiliū
o homo ipſū contēno · Sed quia
ſicut aſſerisˢ ſine dilectione eſſe nō
valeo · Dic queſo quid agā quo
me conuertā/ vt dilectionē conue
nientem inueniā ¶ Homo ¶ O
anima ſi teipſā perfecte cognoſce
res/ ex tui cognitione munduꝫ et
omnia q̄ in eo ſunt contēpneres·
et diſcere poſſes quā cōſolationē
in tua dilectione affectare nō im-
merito deberes O anima ſi tu na-
turā celeſtē intelligēs/procul du-
bio terrenā cōſolationē abhorre
res· Erubeſce igitur cōſolari in ſce
no/q̄ es de celo· Erubeſce in ꝑmis
delectari que nō potes niſi in ſum
mo ſaciari Natura es puto celeſ-
tis et celeſtem conſolationē ſicut
eſtimo naturaliter ſi carnalis in-
ſania permittit appetis et req̄ris
Bernardꝰ O ꝙ̄ dulce et delecta-
bile eſſet adiunctio diuini amoꝛis
cōdimento ſᷣm naturā viuere/ſi in
ſania nos ꝑmitteret· Qua ſana-
ta ſtatim naturalibꝰ naturā arridet
¶ Anima ¶ Et quid eſt proprie
ſᷣm naturā viuē· ¶ Homo ¶ Se-
cundū naturā viuere eſt in terris
celeſtem vitam ducere/ab exteri
oribus ad interioꝛa redire/ab in
terioribus ad ſuperna aſcendere·
et facere omnia ſecundū nobiliſſi
mū quod eſt in homine precellēs
hoc eſt ſcd̄m itellectū ¶ Anima
Poteſt ne aliquisˢ in terris in hac
lacrimarꝫ valle celeſtē vitā ducē
Homo ¶ O anima ſi de meis ver
bis tanꝙ̄ hominis peccatorisˢ du
bitas et miraris audi Auguſtinū
et apoſtolū de hoc dicentes Ecce
quid dicit Auguſtinꝰ Cum eter
nū aliquid per cognicōnē ꝛ amo
rem capimꝰ mēte/ iam nō in hoc
mundo ſumus · Unde quod dicit
apoſtolꝰ· Veſtra inquit conuerſa
cio in celis eſt· O anima mea/pu
to igitur ꝙ verius es vbi amas ꝙ̄
vbi aīas Nā quicq̄d diligis ipſa
dilectionis vi ī eius ſimilitudinē
trāſformaris Si ergo celeſtia cōtē
plaris / ſi celeſtia diligis q̄modo
iam nō in celis cōmoraris que ce
leſtibꝰ ſpiritibꝰ in vita ſimilaris
Anima ¶ Heu heu iam me infe
licem et miſerā miſerabiliter iam
multo tēpore excecatā ſentio q̄
tanto tempore per cognitionem
in tempoꝛalibꝰ et terrenis ober-
raui · Mundanis et vilibus me
per amorem alligaui/ de quibus
paucam conſolationem multam
vero amaritudinem/ et deſolatio-

nem/ modicā et valde exilem leti=
ciam/ ſed variā et ſepe magnā cor
dis triſticiā ſumpſi. Dic ergo q̄ſo
o homo que eſt celeſtis cōſolatio.
ſi quo modo poſſem ad ipſam p
tingere in hac valle lacrimarū et
miſerie. Quid ē quod in deo meo
inuenio/ cū tam libenter et tā faci
liter omnia propter ipſū contem
no. Cū dico intra meipſū cū gau=
dio deus cordis mei deus pars
mea ineternū Quid eſt ꝙ in illa
breuiſſima hora in dilecto meo
deguſto. cū omnia dura et amara
et aſpera gaudenter et hilariter
ꝓpter ipſū ſuſtinere totis viribꝰ
concupiſco/ et dico/ Michi adhe=
rere deo bonū eſt. Et quis me ſe=
parabit a caritate xp̄i. ¶ Homo
ſecundū Bernardū O anima hec
conſolatio nichil aliud eſt q̄ꝫ grā
quedā deuocōnis procedēs de ſpe
venie et guſtus boni licet exiguꝰ.
et ſuauiſſima quedā delectatio q̄
benignꝰ deus afflictā recreat ani
mā. Qua omnia ad requirendū
inuitatur. et ad diuinū amorē ac=
cenditur vehementer. Hugo de
ſancto victore. O anima quid pu
tas eſt tam dulce et tā ſuaue/ qd̄
in recordacōe dilecti deuotas ani
mas ſolet tangē/ et tā ſuauit̄ affi=
cere. Vt iam totalit̄ a ſeipſis alie
nari incipiant Exhilarat̄ conſcīa
et in obliuione venit omniū dolo
rum memoria. exultat animꝰ cla=
reſcit intellectꝰ/ cor illuminat̄ af=
fectus iocundatur. Jam neſciunt

vbi ſe eſſe conſpiciūt/ et quaſi am
plexibꝰ amoris aliquid intus te=
nent/ et neſciunt quid ſit et tamē
totis viribus tenere conſpiciunt.
Luctatur quodāmodo delectabi=
liter animus ne recedat ab eo. q̄ſi
in eo finē omniū deſideriorū inue
nerit Bernardꝰ. Non nūq̄ꝫ quaſi
clauſis oculis ad te inhianti mit
tis michi in os cordis. quod non
licet modo ſcire quid ſit Saporē
q̄dem ſentio dulcedinē adeo con=
fortantē/ que ſi pficeret̄ in me ni
chil vltra quererē. Nōne hic eſt
iubilus cordis. Gregorius Jubi
lus dicitur ineffabile mētis gau=
dium. qd̄ non abſcondi nō ſermo
nibus aperiri poteſt. Sed tamen
q̄buſdam motibꝰ aperitur/ licet
nullis proprietatibꝰ exprimatur,
vnde pſ. Beatus populus q̄ ſcit
iubilacōnē. Nō dicit qui loq̄tur
ſed q̄ ſcit/ quia iubilꝰ quidem ſciri
poteſt intellectu. ſed dicto exp̄mi
nō poteſt Iſtū aūt guſtū p̄dictū
accipio nullo corpoīs viſu/ nullo
anime ſenſu/ nullo ſpiritꝰ intellec
tu. Adůte me ſi vis q̄d ſit cū acce
pero. a renuare volo/ et diuidicarē
eius saporē/ et ſtatim tranſit dul
cor eius/ deglutio quidem illud.
quicq̄d eſt in ſpe vite eterne Hec
bernardus. Que putas o anima
tam dulcis tāq3 ſuauis delectatio.
certe hec eſt conſolatio diuina.
Anima ¶ O homo q̄s michi det
vt in cor meū perueniat et maloꝝ
meoꝝ obliuiſcar/ ac mūdanā con

ſolationem deſpiciam / et meipſa
feliciter alienari incipiam ¶ Ho
mo ¶ O anima magnū eſt quod
deſideras : ineſtimabile donum
eſt quod exoptas · Unde vt eſti=
mo humano ſtudio non poteſt
obtineri / hūano merito vix poteſt
ꝓmereri / ſed a deo hūilib⁹ p̄cibus
et digne diſpoſitis ex ſola diuine
pietatis confidentia vix poteſt im
petrari Omne eñ aurū in cōpara
tione illius arena eſt exigua / et ar
gentū illi comparatū nichilum re
putabit̄ · ¶ Anima ¶ O homo
dic rogo qualis debet eſſe diſpo=
ſitio qua ordinari debet ad impe
trandū orantis affectio ¶ Homo
De hac materia poſſit dici ab ex
pertis / ſed inexptū me recognoſco
etiā pauca dicere erubeſco. Unde
timeo ne dicatur cōtra me quare
tu enarras qđ non deguſtas q̄re
tamq̄ȝ indign⁹ laudas qđ igno=
ras ¶ Anima ¶ O homo noli ti
mere cū reuerētia ꝛ humilitate q̄
audiſti et legiſti deuote ꝓponere.
Multi eñ de rebus magnis ꝛ ar
duis alijs propoſuerūt qđ nō de
ꝓpria ſed alioꝝ ſcientia didicerūt
Homo · ¶ Iā cū aliqua audacia
loquar · Nam ſi vires impericia
denegat / caritas ſubminiſtrat · Uñ
ſicut ſentio ſic refero · Puto ſaluo
meliori iudicio ſi vis te ad hanc
celeſtem dulcedinē deguſtandā
p̄parare debes eſſe depurata exer=
citata ꝛ eleuata. In p°. ħ celeſtis
dulcedo odoratur / in ſcđo deguſ=
tatur / et in tercio aliquando vſqȝ
ad ebrietatē ſumitur et potatur ·
Primo dico ꝙ debes eſſe depura
ta a peccatis / ab affectōnib⁹ inor
dinatis / a temporali conſolacōne
ꝛ a creaturaꝝ inordinata dilecti=
one / quia ſm̄ Bernardum Errat
ōmino ſi quis illā celeſtem dulce=
dinē huic cineri / diuinū illud bal
ſamū huic veneno ſo gaudio / cariſ
mata illa dona ſanctiſpirit⁹ hui⁹
ſeculi illecebris / miſceri poſſe arbi
tratur Sed poſtq̄ȝ a talibus ani=
ma fuerit purgata lacrimoſis ge
mitibus / depuāta doloris fletib⁹.
quia dignū eſt ſicut dicit Auguſ
tinus ꝙ mens illa ſemp in ſe do=
loris inueniat · que derelicto crea
tore ſemp in ſe ꝛ in creatura gau
dia querebat · Pulchre igit̄ gre=
gorius in moralib⁹ capitulo q̄n=
to ſuper illo verbo anteq̄ȝ comme
do ſuſpiro dicit · Cōmedē anime
eſt ſupne lucis contemplationi=
bus paſci · Suſpirat ergo anteq̄ȝ
commedat quia qui ſe in hoc exi
lio per deſiderioꝝ celeſtiū lamēta
non humiliat / eterne patrie gau
dia non deguſtat · A veritatis eñ
pabulo ieiuni ſunt qui in hac pe
grinationis inopia letantur · ¶
Secundo debet mens eſſe exerci=
tata in bonoꝝ perpetratione in
malorum perpeſſione · Beati eñ
qui lugent quoniam ipſi conſola
buntur · Quia quos cibus veri=
tatis afficit / refectio conſolatio=
nis paſcit Bernardus · O bone

O bone iheſu quociens poſt in=
nūabiles lacrimas et gemit⁹ ſau
ciatā animā meā vnxiſti vnctione
miſericordie. et omino quā pene
deſperantē excepiſti / conſolatam
autē et deuenia p̄ſumentē dereli=
quiſti. Ecce quomodo preciū rex ho
neſtarū in ipſis eſt. Vnde reuera
q̄uis inicio arta ſit via que ducit
ad vitā / proceſſu tamē tēporis in=
eſtimabilis dilectionis dulcedine
dilatatur. O quantū beata conſo=
latio diuinitus infunditur laboran=
tibus pro xpō. ¶ Terciū in quo
anima inebriatur hac dulcedine/
eſt mentis eleuatio / quādo feliciter
anim⁹ a terrenis abſtrahitur / et
miro quodāmodo ſupra ſeipſuz/ſup
mundū / immo ſup oēm creaturā
eleuatur / ⁊ iā dicere poſſit anima
Introduxit me rex in cellaria ſua.
Hec eſt illa cella vinaria in qua
introducitur anima vbi bibit de vi=
no condito ineſtimabilis deitatis.
et lacte albiſſimo incontaminabi
lis hūanitatis. O anima hoc bi=
bunt amici / ſed inebriantur ⁊ cariſſi
mi. O felix inebrietas / quam ſequitur
mentis ⁊ corporis / tā caſta et ſcā
ſobrietas. Hic efficitur anima more
ebrij gaudēs et letabūda / in adū
ſis fortis / ⁊ ſecura in periculis / pru
dens ⁊ diſcreta in proſperis / libe=
ralis et pia in condonandis iniu
rijs / ⁊ tā quieta ⁊ ſomnolenta re=
cumbens in āplexionib⁹ diuinis /
cū leua ſponſi ſponſā capite ami
cabiliter ſuſtētat / ⁊ dexterā dilecti
dilectam familiariter āplexatur.
Anima. ¶ O homo confiteor cū
hūilitate ⁊ cū reuerentia / quid ac
cidit aliquādo licet heu per raro /
quia cū per magnā violentiā cir=
ca conuerſionis mee p̄mordia / ani
mum a terrenis abſtraxi / et ad ce
leſtia contēplanda cū conatu ele
uaui. Intraui cū tremore / circum=
ſpexi cū rubore / vidi choros ange
lorū / palacia et gaudia patriar=
charū. Apoſtolorum aſpexi taberna
cula / ⁊ martirū cōuiuia / virginū ⁊
confeſſorum ſolacia / elemoſinā vide=
licet pecij conſolationis a ſingul
micas decidentes de menſa dn̄orum
deſideraui nec obtinui. Sed quod
auditu lamentabile eſt / mox ab=
omnibus vt perigrina incognita
fui. Quid ergo profuit michi labo
rioſa mentis eleuacio / quā nulla
ſecuta fuit conſolacio. Igitur q̄ va
na ⁊ inſipida ſunt ōnia trāſitoria
iam agnoſco / ⁊ ob hoc mundum
deſpicio / conſolationez ſeculi vili=
pendo / mundana quoqz gaudia
ſicut venena mortifera fugio ⁊ cō
temno / vitā etiam p̄teritā quaſi
mortuā plango / et mentē meam
miſerā gemitibus ⁊ fletib⁹ abluo
et repurgo / ⁊ ſi aliquādo inter la
crimas et gemitus odorez diuine
ſuauitatis vel modicū ſencio. At=
tamen cibum angelorum et vinum
amicorum infelix ⁊ miſera ieiuna et
ſitibunda nō deguſto. Bernard⁹.
Non acceſſit adhuc domine de⁹
meus cor meū ad multitudinem

dulcedinis tue / q̄ꝫ abſcondiſti ti-
mentibus te/ foris eius odore vt-
cunqꝫ ſuſtentor qđ eſt michi ſup
odorē balſami cunctis gn̄is ſua-
uia odoramenta. O dn̄e deus ſi tā
nobilis eſt odor/ q̄ꝫ dulcis eſt tue
dulcedinis ſapor/ Si tante v̄tutis
eſt modica deguſtacio/ quātū io-
cunditatis habet felix inebriatio.
O quis michi det vt venias in cor
meū et inebrias illud vino tuo et
ā plectar te deus meꝰ. Homo
O anima deuota loquar ſalua re
uerentia nimis es auara et vtinā
nō preſūptuoſa/ vires veſtras p-
pendite/ merita cōſiderate/ v̄tutes
diſcutite/ et ſi placet tunc ſufficiat
vobis magiſ̄ odore diuoꝝ vnguē
toꝝ cū adoleſcentul' hūiliter currē
q̄ꝫ preſūptuoſe ſup merita poſtu-
lare. Anima. O hō q̄ꝫ durus
et onerosus es mihi aliqn̄ miſere
cōſolator/ q̄ꝫ parcus ſi fas eſt dicē
diuine pietatis diſpēſator. Audac-
ter dico/ tacere nō valeo/ nī odor
nō ſufficit / modicus guſtꝰ plene
nō reficit/ ſed afficit/ ebrietatē af-
fectus meꝰ appetit et req̄rit. Scio
qui dicit. Bibite amici et iebriami
cariſſimi/ ſi depmit indignitas pe
tentis/ ſpem vō erigit pietas pro
mittentis. O hō q̄modo dubitaē
valeo q̄n parcus ſit daē dona ſua.
q̄ p me dedignatꝰ eſt pati mala.
An ignoras q̄ multos de dei pie-
tate docuiſti/ qđ de beato Augꝰ
didiciſti ſic dicente. Erubeſcat hu
mana pigricia/ plus vult deꝰ dare
q̄ꝫ audeat hō poſtulaē. Idē de vera
religione. Deꝰ dedit nobis pignꝰ
ſpūs/ in q̄ ſentiamꝰ eiꝰ dulcedinē
et deguſtemꝰ ipſū fontē vite/ in q̄
ſobria ebrietate irrigemur/ tanq̄ꝫ
lignū qđ plantatū eſt ſecus decur
ſus aquaꝝ. Criſoſtimꝰ. Nil omni
potentiā dei clariorē reddit/ q̄ꝫ qꝛ
ōnipotens facit eos q̄ ſperant in
eo/ nā deo p ſpem innixū animū
nulla fraus/ nulla illecebra poterit
vel ſtantē deicē vl' durantē ſupare
Erubeſcat nūc hūana deſperatio
et malledicta puſillanimitas tre-
pidacio/ q̄ diuitē et nimis liberalē
in omnibꝰ q̄ inuocāt illū/ eſtimāt
illis q̄ ſpem pfectā ponūt in illuꝫ
ſua poſſe bn̄ficia denegaē. Nūq̄d
nō pater eternꝰ apud quē nulla
eſt tr̄ſmutatio/ ex ſola liberalitatis
īmenſitate filiū ſuū miſit/ in q̄ de-
dit totū qđ habuit/ totum qđ po
tuit/ totū qđ ille fuit. Si vero ſua
liberalitaſ ſuam infinitā bonitatē
nō diminuēt/ forſan n̄ immerito
nr̄a infirmitas trepidaēt. Sed qꝛ
ex ſeipſo nō ex accedenti dono bo
nus eſt/ ex ſue bonitatis cōmunica
tione non diminuit/ ex aliene bo
nitatis additione nō augetur
Homo O aīa magna eſt fides
tua/ valde fortis es in ſpe et confi-
dentia. Et q̄ꝫuis ſpes q̄ pcedit ex
meritis et diuine clemencie cōfidētia
meritoria ſit laudabilis et ſancta
cōſulo tn̄ ſane. Anteq̄ꝫ ad q̄rendā
ebrietatē ſup te aſcendas vt diſ-
cas tuū ſponſū reuerēter timere/

anteꝙ̄ incipias ſuū ſecretū cubi-
culū introire/ quē nō ſolū timere
debes cū iraſcitur· verū etiā cū ſua-
uiſſime et delicatiſſime blanditur

¶ Capitulū terciū quō anima
radiū contēplationis debet cōuer
tere ad inferiora p̄mo ad hūane
mortis neceſſitatē ineuitabilē.

Anima

O Ic queſo o hō breuiter q̄
ſint illa inferiora ad que
mea cōſideratio eſt adū-
tenda Aſcendē feſtino/ ebrietatē
dine conſolationis quero/ in infe
riorib⁹ diu morari nō valeo Iā di-
lecta tabernacula tua dn̄e v̄tutū
inhabitare deſidero/ in atrijs dn̄i
totis viribꝰ cōcupiſco ¶ Homo
Hec inferiora ſūt o aīa vt te con-
uertas ⁊ videas mortis ineuitabilē
neceſſitatē ⁊ ingemiſcas diuini iudi
cij īfallibilē veritatē ⁊ cōtremiſcas
penaꝝ īfernaliū itollerabilē aſpe
ritatē ⁊ expaueſcas Cōſidera igit̄
frequēter volue ⁊ reuolue diligē-
ter ꝙ mors nō p̄t declinari/ ꝙ ho
ra mortis nō p̄t īueſtigari/ ꝙ tp̄s
a deo p̄ordinatū non p̄t īmutari·
Yſidorꝰ In rebus hūanis nichil
cerciꝰ morte nichil incerciꝰ ꝙ̄ hoā
mortis Non miſeret̄ inopie/ non
reueretur potentiam/ non reſpi-
cit morum aut generis excellentiā
nō parcit iuuētuti vel etati/ ſenibꝰ ē
in ianuis/ iuuenibꝰ in inſidijs·
Anima· ¶ Audio ꝙ noſtꝝ viuē
nichil aliud eſt ꝙ̄ ad mortē tēdē
tur tp̄alia diligūtur q̄ tā incerto
tp̄e poſſidētur ¶ Homo ¶ Sicut
dicit Gregoriꝰ· Carnales mētes
o aīa idcirco tp̄alia diligūt quia
vita carnis ꝙ̄ fugitiua ſit minime
p̄pendūt Nā ſi velocitatē trāſitus
eius aſpicerent· hanc etiā p̄ſperi
tatē modice duraturā mīme ama-
rent Augꝰ· Vita mea nauiganti
ſilis eſt ſiue dormiā ſiue vigilē ſp
vado feſtinꝰ ad mortē O vita pre
ſens ꝙ̄ multos decipis q̄ dum ful
ges nichil es/ dū videris vmbra es
dum exaltaris fumꝰ es/ dulcis es
ſtultis/ amara ſapientibꝰ Qui te
amāt nō te ꝯgnoſcūt/ q̄ te fugiūt
ipſi te intelligūt Alijs te p̄mittis
longā vt decipias/ alijs breuē vt
in deſperationē inducas Auctor de
ſpū et aīa· Iugi meditatione aīm
noſtꝝ exerceamꝰ ⁊ miſerias nr̄as
cōſideremꝰ Cū dolore vitā iſtam
intrauimꝰ/ cū labore viuimꝰ/ cū ti-
more exituri ſumus Bernardus·
Quotq̄t in hac regione vmbre
mortis in infirmitate corporis/ in
cōflictu ⁊ in loco tēptationis ſi di
ligēter adūtimꝰ triplici icōmodo
miſerabilit̄ laboramꝰ Faciles em̄
ſumꝰ ad ſeducendū/ debiles ad re
ſiſtendū ⁊ fragiles ad operandū
Anima ¶ Iā vide ꝙ inutilit̄ in h̄
tp̄e viuit̄ niſi ad operandū meritū
q̄ ineternū viuat̄ Ideo nō eſt̄ cu-
randū ꝙ̄ diu eſt̄ viuendū ſ̄ potiꝰ
ꝙ̄ bene in hac vita operandū. Nā
ſi alicui ꝙ bene viuat cōdonetur
tn̄ vt diu viuat certū eſt ꝙ nulli

concedit Bernardꝰ Est igit vita secura vbi consciã pura/ vbi moꝛs sine formidine acceptat/ cũ dulce dine adesse optatur/ et cũ deuotio ne acceptat ¶ Homo. O aĩa si hec ita se habẽ intelligis audi cõ filiũ meũ ⁊ in hac vita ꝙ diu du- rat cõpara tibi vitã illã q̄ semꝑ du rat Dũ viuis in carne moꝛẽ mũdo vt post deo viuẽ incipias Bernar dus Intellige ꝙ venientẽ moꝛtez nullꝰ letus ⁊ hilaris suscepit nisi qui se ad ipsam dum viuẽt bonis operibꝰ ꝓparauit. Attende ꝙ ſm Senecã Incipiens id est pctõꝛ cri minosus moriendo moꝛtẽ incipit sed sapiens ⁊ ꝟtuosus moriendo moꝛtẽ vincit. ¶ Anima. O hõ video ꝙ bonoꝛũ moꝛs est beata/ moꝛs vero pctõꝝ infelix ⁊ misera. Homo. O anima ſm Bernar- dũ Bona est iusti moꝛs ꝓpter re- quiẽ/ melioꝛ ꝓpter nouitatẽ/ opti- ma ꝓpter securitatẽ. Ecõtra moꝛs peccatoꝝ pessima/ ⁊ bene pessima mala in mũdi amissione/ peioꝛ in carnis sepatione/ ꝫ pessima in du plici vermis ⁊ ignis cõtritione/ sed qd oĩm pessimũ est in dĩne contẽ- plationis ꝑuatione.

De iudicij finalis formidabili austeritate.

Iam satis de moꝛte dixis ti dic modo de statu final iudicij ¶ Homo. O aĩa facio qd hoꝛtaris/ ꝫ rogo audi cũ paciẽtia Scire debes ꝙuis de moꝛ te meditari sit hoꝛribile/ de statu iudicij cogitaĩ vt estimo nõ minꝰ est formidabile Quia nullꝰ tunc fallere sapiam/ flectẽ iusticiã/ incli nare clemenciã/ declinaẽ vltionis et iuste retributionis sentẽtiã Ber nardꝰ Considera igit aĩa mea cũ tremoꝛẽ/ q̄d erit de te ĩ die nouissi- mo/ qñ cõtra te de cogitationibꝰ loquetur cõsciencia/ qñ de tuis ac tionibꝫ oĩbꝰ te accusabũt elemẽta qñ ꝯ te crux poꝛtabit ĩ testioniũ qñ ꝯtra te clamabũt vulneã/ claui loquẽtur/ cicatrices cõquerentur/ O angustie hinc erũt pctã accu- sancia. inde terrens iusticia. intꝰ vrens cõsciencia. subtus hoꝛren- dũ cahos inferni. sup̄ iudex iratꝰ iusti iudicij. Foris mũdꝰ ardens. atqꝫ iusticia iudicãtis terrens Et si iustis vix tũc saluabit impius ⁊ peccatoꝛ vbi parebũt. latere erit ĩpossibile apparere intolerabile. Anselmꝰ in meditationibꝰ O aĩa peccatrix lignũ inutile et aridum etñis ignibꝰ deputatũ. q̄d respon debis in illa die. qñ exigetur a te vsqꝫ ad ictum oculi oẽ tp̄s tibi ĩpensũ/ q̄liter sit a te expensũ Eya eya aĩa mea/ ꝙ tũc erit de cogita- tionibꝰ vanis ⁊ ociosis/ de verbis leuibus ⁊ iocosis ⁊ ridiculosis/ de opibus inutilibꝫ et infructuosis Ambrosiꝰ sup lucã. Deꝰ mi si pctã mea nõ defleuero si media nocte ad cõfitendũ tibi nõ surrexero iã securis ad arboꝛẽ posita est/ faciat fructũ q̄ potest grẽ/ q̄ debet pinẽ. O hõ siue vigiles siue doꝛmias

ſemꝑ in auribꝰ tuis illa horribil
tuba reſonet / ſurgite mortui veni
te ad iudiciū O aīa nūꝙ̄ excidat
a tua mēoria Jte maledicti ī ignē
eternū · Venite benedicti pcipite
regnū O q̄d pt lamētabiliꝰ ⁊ ter
ribilius cogitari ꝙ̄ ite Et quid de
lectabilius expmi ꝙ̄ venite · Due
ſūt voces quaꝝ nichil horribiliꝰ
vna / ⁊ nichil iocūdius altera pōt
audiri · O anima ſepara te modo
a mundo / vt tunc poſſis manere
cum chriſto · Fuge modo mundū
vt ſequaris deum · declina modo
clauoꝝ conſorcia / vt tunc valeas
ſequi beatorum agmina

¶ De pene infernalis intolera-
bili penalitate

O Homo

POſt hec omīa conuerte
radium contemplacōnis
ad reproboꝝ tormenta /
vide ꝙ̄ ſint varia ꝙ̄ aſpera ꝙ̄ into-
lerabilia Bernardꝰ ad eugeniū.
Ego horreo vermē mordacem et
mortem viuacem. O gehennalis
regio ibi eſt ignis ardens / frigus
rigens vermis immortalis / fetor
intolerabilis / et mallei percutien-
tes / vmbre palpabiles / confuſio
peccatoꝝ / immoderatio vinculoꝝ
horribiles facies demonum Au-
guſtinꝰ in ſermone. De illis qui-
bus preparatur dolor vermiū / ar
dor flammarū / ſitis ſine potu / fle
tus ⁊ ſtridor denciū / lacrime ocu

lorum / vbi mors optatur / ſed nō
dabitur vbi nullus ordo / ſed ſem
piternꝰ horror inhabitat · Quis
putas tunc meror que triſticia
quis luctus / quando ſepabuntur
iniqui a conſorcio iuſtorum ⁊ tra
dentur poteſtati demonū / et ibūt
cum eis in ſupplicium eternum /
ibiqꝫ ſemꝑ erūt ſine fine in luctu
planctu et gemitu / procul a gau-
dijs paradiſi / nunꝙ̄ refrigerium
ſuſcepturi / ſed per multa milia an
noꝝ trucidandi / nunꝙ̄ tn̄ heu mi
ſeri liberādi / ibi torques ⁊ punies
nō fatigabit / ibiqꝫ torquet nūꝙ̄
moriet Sic eñ ignis ille cōſumet
vt vitā tn̄ ſp̄ ſeruet Sic verā tor
menta patient / vt ſp̄ innouētur ·
Sic ſine ſpe venie ⁊ mīe ſp̄ viuēt
vt nō moriant / ſic moriant vt tn̄
nūꝙ̄ cōſumant · Anima ¶ O hō
quare in inferno vt dicis mors q̄
ritur ⁊ nō inuenit Et quare puni
tur eternalit qd̄ omittitur tpalr
¶ Homo ¶ Quia ſm Gregoriū
quibꝫ in hoc ſeculo vita offertur
et nolunt accipere / in inferno q̄-
runt mortem ⁊ non poterunt in
uenire Idem · Iniqui libenter vo-
luiſſent ſine fine viuere / vt potu-
iſſent ſine fine in iniquitatibus
permanere Ad diſtricti ergo iu-
dicis iuſticiam pertinet vt nunꝙ̄
careant ſupplicio / quoꝝ mens in
hac vita nunꝙ̄ voluit carere pec-
cato ¶ Homo ¶ O anima ſi hec
pdicta videnṫ tibi horribilia / au-
di que ſūt hijs omnibꝰ grauiora ·

Criſoſtim⁹ ſup matheū Si mille
gehēnas michi ꝓponas/ non tm̄
reputo ſicut ab illius glorioſe ſo=
cietatis iocūditate expelli/ ⁊ exo=
ſum fieri creatori. O aīa terribil'
eſt gehēna/ ſed terribilior facies
iudicis irata. ſꝫ qđ oīm vincit ter=
rorem eſt a beatiſſime ⁊ iocūdiſſi
me trinitatis cōtēplatione/ elon=
gacio eterna Criſoſtim⁹ Excludi
a bonis eternis ⁊ alienū effici ab
hijs que preparauit deus diligen
tibus ſe. tm̄ generat cruciatū. vt
ſi exterius nulla pena torqueret
hec ſola ſufficerēt/ et meli⁹ eſſꝫ mille
milia flāmaꝝ ſuſtinē/ ꝙ̄ xp̄i faciē
manſuetiſſimā iratā videre/ et ab
ipſa eternal'r diſcedē. O ſi de⁹ ſic
egit cū āgelo ſupbiente/ q̄d de te
erit terra ⁊ cinē Ille ſupbiuit in ce
leſti palacio/ ego aūt in ſterquili=
nio. Quis nō tolerabiliorē in di=
uite ſupbiā/ ꝙ̄ in paupere aſſerit
De m̄ ſi tā dure et potentē eſt pu=
nita ſupbia in angelo/ q̄liter ī me
miſera paupcula eſt iudicāda. O
pie ihesu xp̄e nomē tuū fac meū
miſericordiā/ ⁊ obliuiſcē ſuperbū
ꝓuocantē. Reſpice miſerū hūilē
inuocantē Et cognoſce benigniſſi
me qđ eſt tuū/ abſterge quod eſt
alienū. Miſerē dū eſt tp̄s miſerē
di/ ne damnes in tpe iudicandi.
Veꝝ eſt ꝙ cōſcientia meruit dam
nationē/ pn̄a nō ſufficit ad ſatiſ=
factionē Sed certū eſt ꝙ tua mīa
oēm ſupat offenſionē Gregori⁹
in omelia O ſi hō intelligē poſſit
ꝙ̄ āmirationis habꝫ venit ſpōſus
ꝙ̄ dulcedinis/ q̄ pate erant intra=
uerūt cū eo ad nupcias/ q̄d ama=
ritudinis ⁊ clauſa ē ianua. Hō
O aīa ꝙ̄ plura. Cogita quātū ſit
malū a facie xp̄i ſepari/ mori vite
eterne/ et viuē morti ſempitne ꝓ=
fundo fluctuātis gehēne īmergi.
edaciſſimis vermib⁹ ineternū di=
laniari nec finiri tbulacōnes icen
dij/ fluctuātis pati barat frigora.
fumigātis amara calgine obcecari
oculos/ nō ſentire qđ illūinat ſed
ſentire quod crutiat Auguſtin⁹.
Tanta erit ī inferno vis doloris
vt ſe nō ferat alias intentio cogi=
tacionis ¶ Anima Iam timoē
contremiſco Iam horrore deficio
dic queſo o homo ad quid valet
tam lamētabilis cogitatio Hō
O anima puto ꝙ p̄dictoꝝ conti=
nua meditatio ⁊ deuota/ eſt pecca
toꝝ medela/ et ad queqꝫ bō agen=
da/ ⁊ mala ſuſtinēda/ ſalutiferā ex=
ercitatio Bernard⁹ in ep̄lis. Vigi=
lias times manuūqꝫ tuaꝝ laboēs
Sed leuia ſūt hec meditāti flam=
mas ꝑpetuas. Recordatio tene=
brarū facit nō horrere ſolitudinē
ſi futurā de verbis ociosis cogitas
diſcuſſionē/ non diſplicebit ſilen=
ciū. fletus ille et ſtridor denciū an
oculos mētis ſepe reducti/ pares
tibi reddunt mattā ⁊ cilicā Au=
guſtinus in ſermone Mens hu=
mana mundi hui⁹ illecebris et cō=
cupiſcentijs deuicta/ fugit laborē
expetit voluptates/ et vix ad hoc

ducũturvt a ſe conſuetudines vicê poris excludat Sed cũ ceperit co gitare futurã iudicij neceſſitatẽ/et penaꝝ eternaliũ crudelitatẽ volũ tariũ bellum inducit paſſionib⁹ Nota vel ſpe pmij vel timore ſup plicij/vim facit pſtinis deſiderijs a violentvincẽ ſeipſã ↄtẽdit·vs⁹ ¶O felix moꝛale gen⁹ ſi ſp habẽt· Etnũ p mente bonũ fineq₃ timẽt

Capitulũ quartũ q̃modo aĩa radiũ contẽplationis debet conũ tere ad ſuperiora

Anima

IAm nũc o hõ me miſerã in hac lacrimaꝝ valle p iectã ſatis erudiſti/lic₃ nõ infructuoſe docuiſti· Miſerẽ etiã nũc mĩ miſere/et fac iã ſicut pmi ſiſti· Propone paululũ de felicita te ppetua/ſi foꝛte valeã ex h̃ ca pere aliq̃ mẽtis ſolacia/q₂ alteri⁹ vti delcãbile ẽ Q₂ ſm Aug⁹. ſiue plectẽdo ſiue ignoſcẽdo ſiue de ter rẽdo ſiue ↄſolãdo ſp bñ agit̃ vt vi ta hoĩm coꝛrigat̃ Attẽde q̃ꝫ gene roſus eſt anim⁹ hoĩs a ſepe duca tur leuib⁹ et blandis ſepe magis alliciatur pmiſſis a cõſolatoꝛijs/q̃ꝫ cogãtur minis a terroꝛib⁹· Unde ſoroꝛ nrã ſponſa trahi cupiebat odore celeſtiũ vngentoꝝ/ſapoꝛe dinoꝝ cariſſimatũ/et ſic cu₃ ſponſo currẽ/a viã mãdatoꝝ iã ñ ex timo re h̃ ex amoꝛẽ delectabilr adimplẽ

Homo O aĩa veꝝ eſſe pfiteoꝛ qd loqueris/ h̃ heu multi ſũt qui deũ nolũt imitari in pſperis· Vñ neceſſe eſt eos deterreri in aduer ſis Multi em̃ ſũt q̃ dĩna cariſma ta vel pꝑter cecitatẽ nõ intelligũt· vel pꝑt negligenciã vanis ocupa cionib₉ perdũt Vñ vt eſtimo de⁹ ex ſue infinite bonitatis ĩmenſita te ſp patus eſſʒ magis cõſolatio nibus fouẽ/ q̃ꝫ aſperitatib₉ terrẽ ſi homĩes eque diſpoſiti eſſent vt ſuã dĩnã conſolacionẽ reciperẽt· Que adeo precioſa a delicata eſt q̃ꝫ nullo modo decet vel expedit vt indifferent omnib₉ tribuat̃· Tu ergo ſi poſt hec tibi ꝓpoſita ad hanc aſpiras opoꝛtet q̃ꝫ habeas purgatũ intellectũ a bene diſpoſi tũ affectũ Quia ſm Aug⁹· Sum mũ bonũ non niſi purgatiſſimis mentib₉ cernit̃ Et puto q̃ꝫ ad mi nus nõ niſi valde bene diſpoſitis affectib₉ deguſtet̃· A multis em̃ in hac vita valde limpide ſpecula tur a quib₉ a mĩme deguſtat̃· Vñ idẽ Auguſtin⁹ Fac me dñe pcoꝛ deguſtare p affectũ/qd ſentio per intellectũ/fac me ſentiẽ p amorẽ qd ſentio p agnicõ₃ ¶ Aĩa Dic q̃ſo o hõ q̃ debẽt diſpoſicõ₃ i affec tu a in itellectu pcedere vt vel ſal tem ad modicã mentis ebrietatẽ valeam celeſtẽ dulcedinẽ contẽ plando deguſtare Iam em̃ dudũ in ſpeculatione mentẽ exercitaui· et heu ad hunc nũq̃ꝫ vt timeo vel modicã ſtillã illi⁹ celeſtis dulcedi nis ſenſi Multa de ſcõꝝ vita a cõ uerſacõne legi. Multa de natura

de operationibꝰ et oꝛdinibꝰ ange
loꝛum/nōnulla etiā legi de ineſti-
mabili dĩnitatis vnitate / de ĩcom
prehenſibili diuinitatis trinitate
plura de beatoꝝ omniū ineſtima
bili felicitate· Et quando p̄dictis
toto ſtudio mentē occupaui/heu
adhuc ieiuna vt famelica ꝑmāſi
et ſemꝑ cū beato Auguſtino cla-
maui. Fac me clemētiſſime pater
guſtare ꝑ affectuꝫ qđ ſentio per
intellectū/ et tamē nō profeci ſed
ſepius longo ſtudio fatigata et
michimetipſi irata clamaui cum
propheta. Expectādo micas que
cadūt de menſa dominoꝝ in aula
celica· Vſqꝫquo domine obliuiſce
ris me in finem· vſqꝫquo auertis
faciē tuā a me· Quia et ſi me in-
dignā ad manducandū filioꝛum
panē iudicaui / manducare ſaltē
micas minutiſſimas decidenteꝭ cū
magno deſiderio expectaui. ſed
heu vt frequencius aperto oꝛe
inhians invacuū laboraui Hō
O anima predicta que lamētabi
liter es conqueſta accidūt ex du-
plici cauſa. Aliquando ex valde
pia et ſalutifera diuine bonitatis
diſpenſatione· Vnde Gregoꝛius
in moꝛalibꝰ Differre ſolet pater
pius voces petenciū ad tempus
vt deſideria creſcant/ et eo magis
exaudiamꝛ ad meritū/quo cicius
non exaudiamꝛ ad votum· Idem
in omelia Sancta deſideria ex di-
lacione creſcunt/ ſi aūt ex dilacio
ne deficiūt deſideria nō fuerunt

Deus eniꝫ q̄uis per pietateꝫ eſt
clementiſſimꝰ/tamen aliquando
contingit vt hoc qđ libentiſſime
tribuit ꝓtrahit/vt diſcas magna
multum et ardenter deſiderare· et
adepta ſolliciꝰ cū gratiaꝝ actio-
ne conſeruare Aliquando etiam
beneficium protrahit ex poſtu-
lantis indiſpoſita deoꝛdinatione·
Bernardꝰ Errat omnino ſi quis
illam celeſtē dulcedinē hinc cinei
dĩnū illud balſamū huic veneno
ſo gaudio/ cariſmata illa ſpiritus
ſancti huiꝰ ſeculi illecebriꝭ miſceri
arbitratur · Sed iam o anima ne
diucius te protrahā nec ampliꝰ
te per expectationē affligā/pur-
ga intellectū a varijs ⁊ inutilibus
fantaſijs/a naturalibꝰ ⁊ curioſis
rationibꝰ / ab extraneis et ſcienti-
ficis occupationibus Purga etiā
affectū a culpa/a culpe ſequela/a
culpe occaſione vel cauſa Erige ra
tionem/ dilata et expande affec-
tionem intra in gaudiū domini/
quod nec oculus in hac vita per-
fecte vidit/nec auris audiuit/nec
in coꝛ hominiꝭ aſcendit Exardeſce
igitur o anima amoꝛe ⁊ deſiderio
ſuperne vite ſanctoꝝ/ vbi eſt ac-
tio non operoſa/requies non de
ſidioſa/ vbi vita ſine defectione/
laus diuina ſine ceſſatione· Hec
Auguſtinus Bernardꝰ· Gaude
igitur ⁊ exulta ac mercedem labo
ris tui conſidera / que reuera eſt
tam multa/quod non p̄t nūari/
tā magna ꝙ non p̄t menſurari.

tam precioſa ꝙ nõ poteſt eſtimari
tam copioſa ꝙ nõ põt terminari.
Anima ¶ O hõ multa iã dixiſti
in genẽ/dic queſo per ſingula in
ſpecie quia magis intelligim⁹ q̃
ſpecialr̃ diſtinguũtur ꝙ̃ generalr̃
exp̃mũtur ¶ Homo ¶ O anima
q̃d dicere valeo/iã futuꝝ gaudiũ
aſpicio/iã pene p̃ ammiratione de
ficio. qꝛ gaudiũ erit intus ⁊ extra
ſubtus ⁊ ſup̃/circũ ⁊ circa Gaude-
bi⁹ igit̃ in õibꝰ/gaudeb̃ de õibꝰ
Gaudiũ tuũ vt puto p̃figuratũ ẽ
in apocalipſi per illã mulierẽ bea
tam q̃ amicta fuit ſole ⁊ luna ſub
pedib⁹ eius/et corona duodecim
ſtellaꝝ ĩ capite eius Mulier iſta
vt eſtimo eſt aĩa beata et̃ni regis
filia ſpõſa ⁊ regina Filia ꝑ nature
creationẽ/ ſpõſa ꝑ grẽ adopcõnẽ
regina per glorie collationẽ Hec
bene dr̃ amicta ſole / qꝛ decorata
ſplendorẽ claritati⁹ deifice/corona-
ta dignitate felicitatis et̃ne. In q̃
felicitate ob ſpiritualẽ decorẽ ſũt
duodecĩ gaudia ꝑ duodecim ſtel
las figurata/per que decoratur ⁊
ornatur felicitas ſupna Hec gau
dia debes tu/o aĩa cotidie deuota
mẽte trãſcurrẽ/ et nullã p̃ntis mi
ſerie ⁊ incolat⁹ cõſolationẽ querẽ
et ſpe illius gaudij omnez tribu-
lacõnẽ vite p̃ntis patiẽter ⁊ gau-
dent ſuſtinẽ Beda O aĩa nõ turbe
ris ſi mali in h̃ mũdo florent et tu
pateris Ipſi gaudẽt tu ꝑturbaris
Mali heu nichil habẽt in celeſti
gaudio/nec cures tu ſi nichil ha-
bueris in h̃ ſeculo/ſꝫ ſpe illi⁹ gau-
dij q̃ tendis/q̃cq̃d in via aduſita
tis occurrit/affect⁹ tu⁹ gaudẽter ⁊
patienter ſuſtineat Bernard⁹ O
aĩa ſi te aliq̃n delectant mũdana
gaudia/falſa huius ſeculi gloria
breuis ⁊ caduca potẽtia/illic mẽtẽ
euoca/et õnia reputa vt ſtercora
Curre nõ paſſib⁹ corpis/ſꝫ affec
tibus ⁊ deſiderijs. qm̃ nõ ſolũ an-
geli/ſꝫ et angelorũ dñs et mgr̃ te
expectat. Expectat te de⁹ pr̃ tanq̃
filiã dilectiſſimã De⁹ filius tanq̃
ſponſã dilectiſſimã. De⁹ ſpũſſcũs
tanq̃ amicã ſibi gratiſſimã Expec
tat te deus pr̃ vt heredẽ vniũſoꝝ
bonoꝝ te conſtituat De⁹ filius vt
te fructũ ſue natiuitatis/⁊ preciũ
ſui ſanguinis p̃cioſi deo patri of-
ferat Deus ſpũſſcũs vt ſue eterne
beatitudinis ⁊ dulcedinis ꝑticipẽ
te faciat Expectat te illa beatiſſi-
ma õniũ celeſtiũ ſpirituũ et̃ni re-
gis familia / vt te in ſuũ collegiũ
ſuſcipiat Tu ergo ipſoꝝ ſocieta-
tem ſup õnia deſidera/ cũ magna
verecũdia illuc veniẽs/ſi eã in hac
lacrimaꝝ valle nõ amaſſes Jhe-
ronimus in ep̃la Quociens ergo
te vana hui⁹ ſeculi delectant am-
bicio quociens videris in h̃ mũdo
aliquẽ glorioſũ / ſtatim ad celum
mentem tranſgredẽ/et eſſe incipe
qd̃ futura es Reuera eſtimo o aĩa
ſi hec celeſtia gaudia iugit̃ in mẽ
te tenẽs/de h̃ exilio qddã ſubur-
biũ celeſtis regni cõſtrueres/in q̃
illã eternã dulcedinẽ/cotidie ſpi-

ritualit̄ ꝑlibando degustaɫs· Ne
cū aliq̄d eternū mēte capim⁹ iam
nō in hoc mūdo ꝫ in celo habita
m⁹ Aug⁹· Tāta eſt o aīa vis tue
dilectionis ꝙ ibi verius habitas/
vbi ꝑ contēplacōnē amas/ q̄ꝫ vbi
ꝑ eēntiā animas Bernard⁹· Hoc
eſt cariſſima aīa r̄gnū dei/ qđ itra
nos eſt qđ heu miſerabilr̄ negli-
gimus/ cū foris ad inania ꝛ vana
fuſi ſum⁹ Gregorius Fuſi ſumus
foras de regno dei qđ intra nos ē
nichil curantes/ foris querim⁹ cō
ſolationē de reb⁹ vanis ꝛ inſanis
falſis/ ita ꝙ iam religionis antiq̄
deuocōnem amiſim⁹/ adeo ꝙ nec
ſpēm retinem⁹ Tu ergo o anima
eterni regis filia audi mēte deuo
ta ꝛ inclina aurē tuā ad ſancta de
ſideria et ſalutifera cōſilia/ vide ꝑ
contēplacōnē celeſtis regni con-
ſolationē Obliuiſcē per contemp
tum ꝛ deteſtacōnē populū tuū et
domū patris tui· hoc eſt mundū
dyabolū· teipſam ꝛ omnē vanaꝫ
ambitionem Vide igitur ꝛ deuota
mente ꝑtracta/ qualit̄ illi diuini ꝛ
celeſtes ſpūs qui p̄ntis vite ꝛ mi
ſerie periculuꝫ euaſerūt q̄ꝫuis ab
illius et̄ni ſolis ſplendore ſe nūq̄ꝫ
poſſunt auertere/ aliquādo tamē
intuiꝫ contēplationis conuertūt
ad inferiora/ aliquādo ad ſuperi-
ora/ aliquādo ad interiora/ aliqn̄
ad exteriora · Conuūtunt inq̄ꝫ ad
īferiora ꝛ gaudēt ex triplici cauſa
Vident eñ primo ꝙ impios hor
ribiles et crudeles hoſtes ꝑ diuā

potentiā ſuperauerunt Secundo
ꝙ omnes defect⁹ ꝛ peccata ꝑ diui
nam ſapientiā vitauerūt/ vel iam
dudū cōmiſſa correxerūt Tercio
ꝙ tam lamētabiles ꝛ iterminabi-
les cruciatus eternos per diuinā
clemenciam euaſerunt O anima
quāto putas gaudēt cotidie gau
dio qn̄ tot vident a carne ꝛ mūdo
et dyabolo ſupari/ tot tam diuer
ſis peccatis de quib⁹ nunq̄ꝫ merē
tur veniā inquinari/ tot eternalit̄
ſi fine damnari· Reuera tūc puta
de morte trāſiſſe ad vitā/ vite du-
plicat gaudiū O dñe deus ſi nūc
tam graue periculum eſt in bello/
quantū tunc erit gaudiū de triū-
pho/ cū poſt deuictū triūphatūqꝫ
mundū/ ſubmerſo impio pharao
ne ꝛ exercitu eius in mari rubro/
tenēt omnes electi tympanū cuꝫ
maria pſallentes ꝛ cantātes/ lau-
dantes et benedicentes dominū/
vna voce dicentes Cantem⁹ dño
glorioſe ꝛc̄· Tūc cōſtituētur duo
cherubin/ hꝫ eſt duo chori electoꝝ
ſcꝫ innocētes ꝛ penitētes claman
tes alter ad alteꝝ Scūs ſcūs ſcūs
dn̄s de⁹ ſabaoth · Scūs de⁹ pr̄ q̄
nos a mūdo a carne ꝛ a dyabolo
tā potent̄ liberāuit Scūs de⁹ fili⁹ q̄
nos a pena ꝛ a culpa tā ſapiēter
iuſtificauit Scūs de⁹ ſpūſſcūs/ qui
nos tā clemēter ab et̄nis tormē-
tis ꝑſeruauit Plena ē oīs t̄ra glīa
ei⁹/ q̄ nos de mūdo miſeria ad ce-
leſtis regni gaudia euocauit O aīa
q̄lis tibi erit dies illa cū ad hanc

felicem choreaꝫ fueris aſſumpta et cum omne tormentū tibi ſi pie vixeris. ſi patient ſuſtinueris conuertetur ineternū iubilū Tūc de omnibꝰ hijs laudabis dn̄m deuꝫ tuū labijs exultationis dicēs Miſericordias dn̄i ineternū cantabo Quo cātico ſcd̄m Augꝰ. in libro de ciuitate dei/ qd̄ cātatur in laudē glorie xp̄i/ cuiꝰ ſanguine liberati ſumꝰ/ nichil erit iocūdius illi ciuitati nichil dulciꝰ. Tu ergo cum tēptationibꝰ ꝓbaris/ cū pſecutionibus impūgnaris/ cūqꝫ in hoc ſeculo varijs tēptationibꝫ īfeſtaris tunc mente in celū euola ⁊ cogita ꝙ hoc nō eſt aliud niſi eterni gaudij materia Et tūc ſm̄ Gregoriū. Conſideratō p̄mij minuit vim flagelli Gregoriꝰ. Si conſideremꝰ q̄ et quāta ſunt q̄ nobis ꝓmittūtur in celis/ vileſcūt aīo oīa q̄ ſunt in terris Si eueranō tm̄ bona q̄ delectabiliter poſſidemꝰ/ verū etiā mala q̄ lamētabilit ſuſtinemꝰ Bernardus Nō ſūt condigne paſſiones huiꝰ tp̄is ad p̄teritā culpā que dimittit̄/ ad p̄ntē grām q̄ imittitur ⁊ ad futurā gloriā que ꝓmittitur Quātū tūc o aīa cū gaudio poſſidebis / qn̄ pfecte intelliges/ ꝙ in mundo cū tanto piculo. q̄ pleriqꝫ opprimūt̄ vixiſti/ ꝙ demonis fallaces aſtucias q̄buſ multi decipiūt̄ viciſti/ ꝙ cruciatus eternos quibꝫ innumerabiles affligūtur euaſiſti Anima O homo ꝙ ſana ⁊ ſalutifera eſt hec tua ꝯſolacio/ quia tū hec q̄ ꝓpoſuiſti aduerto cōſolationē ex ſpe non modicā recipio. Sed o dn̄e deuſ qd̄ putaſ tūc erit cū hoc qd̄ modo ſpero veraciē poſſidebo Homo O aīa modica ſūt hec q̄ audiſti imo ꝯpatiue q̄ſi nulla ſūt/ que mente pcepiſti/ ſed parūper oculos mētales erige/ et quanta ſint gaudia q̄ de hijs pcipias/ q̄ iuxta te ſūt deuota mente frequēcius voluē ⁊ ēuolue Attende igitur ⁊ conſidera locū ſpacioſū quē tibi dīna ſapīa edificauit Attende ⁊ victū delicioſū/ ornatū curioſū/ theſauꝝ p̄cioſum/ quē tibi eterna potentia cōgregauit Attende etiā collegiū famoſū cum q̄ de dīna clemēcia mens tua eternaliter exultabit. O aīa attende ꝙ glorioſa ꝙ famoſa ꝙ gaudioſa eſt iſta domꝰ dei ciuitaſ celeſtis manſio ſecura / patria continens totū qd̄ delectat Attende ꝙ clara et luminoſa ꝙ ſplendida eſt ciuitas que nō īdiget ſole neqꝫ luna vt luceant in ea / ſed ipſe dn̄s ſol iuſticie candor lucis eťne / lux eiꝰ eſt/ et lucerna eiꝰ agnꝰ. O anima attende ꝙ alta / et ꝙ ſpacioſa / ꝙ pulchra ⁊ ſpecioſa/ ꝙ decora ⁊ formoſa eſt ciuitaſ illa. quā ornat p ſeipſam trinitas beatiſſima. O ꝙ glorioſa dicta ſunt de celeſti ciuitate dei O iſrahel ꝙ magna ē domus dei/ ⁊ ingēs locꝰ poſſeſſionis eiꝰ O aīa illic cōtemplare tabnacula patriarchaꝝ ⁊ prophetarū habitacula apoſtoloꝝ ⁊ martirū

cenacula confeſſoꝝ ꝛ v̓ginū/pala
ciū celeſtiū ſpiritiū/ thronū illū
beatiſſiē t̄initatis ſpecioſiſſimū· O
aīa ƀ liceat ſis corpoē/ illic eſto mē
te O aīa trāſuola oīa/ſcrutaē oīa/
viſita oīa Ingredeē cūcta p̓ordinē
hoſtia/ q̄uſqꝫ puenias ad ſūmi re
gis palacia/ibi ſit menſa ꝛ hic erit
requies Aug⁹· O aīa in illa ſcā ci
uitate libēter ſtudeas morari/libē
ter conuerſari/ qꝛ ibi eſt vita ſine
morte/iuuētus ſine ſenectute/ lux
ſine tenebris/ pax inpturbabilis
Sedebit em̄ popul⁹ me⁹ in taber
naculo fiducie/ et in requie opu-
lenta dicit dn̄s· Secundo attende
victū delicioſū / ornatū curioſū et
theſaurū p̄cioſū· Et quis erit ibi
noſter cib⁹/niſi ille agn⁹ beatiſſi-
mus/ille mūdus ꝛ īmaculat⁹ ibs
dei patris ꝛ Marie v̓ginis fili⁹/de
q̄ ſancti⁹ ſpiritib⁹ miſtrabūtur ad
omnē ſufficientiā ſercula nobiliſſi
ma Nobilia quidē de ipſi⁹ candi-
diſſima hūanitate/ ƺ nobiliſſima
de ipſius ſup beatiſſima diuinitate.
Tūc em̄ aīa ingredit̓ ad deguſtā
dū diuinitatē/egredietur ad p̄lian-
dū hūanitatē/ et paſcua inueniet
ad oēm ſuffientiā ꝛ ſacietatē O q̄ꝫ
beati ſūt q̄ ad cenā nuptiaꝝ agni
vocati ſūt· Ibi aūt btā vita in ſuo
fonte bibitur· Unde huic hūane
vite aliqn̄ aliq̄d aſpergit̓· Uñ in
tēptacōib⁹ fortit̓/iuſte/tēperāt ꝛ
prudēt viuat̓· Ibi ſp aderit ſitis
atqꝫ ſacietas/ ſed mire q̄dāmodo
lōge aberit a ſiti neceſſitas·longe
a ſacietate faſtidiū Inebriabūt⁹
em̄ ab v̓btate dom⁹ dei. ꝛ torrēte
voluptatis ſue potabit eos ƀm p̄
phetā Anima Et qn̄do hec·
Homo Eſtimo q̄ nō p̄us/ niſi
qn̄ ille delicioſus pincerna ſūmi
regis/ſplendor patne glorie/ can
dor lucis etne/figuā dīne ſb̓e ſpe
culū ſine macula claritatis deifice
in quez deſiderāt ōnes illi celeſtes
ſpūs pſpicē/qn̄ taliſ ꝛ tātus p̄cin
get ſe/ et faciet illos diſcūbere/ et
pſonalit̓ trāſiens miſtrabit illis.
O anima hec deuota mēte ptrac
ta/quantū gaudium tūc illi boni
ſpūs cōcipiant/ ex tam ſtupenda
dignitate miſtrantis· ex tā miran
da caritate cuiuſlibet ſodalis cō-
uiuātis Ex ferculoꝝ delicioſa opu
lentia·ex miniſtroꝝ nūoſa frequē
tia/ex muſicoꝝ inſtrumentorū ac
alioꝝ pſallentiū cantanciū ꝛ lau
danciū regem glorie deū dei filiū
dulciſona ꝯſonācia In hoc celeſti
magno ſtupendoqꝫ cōuiuio/ au-
dies angelos iubilātes · v̓gines
chorizātes·aplos pſallētes·mar
tires tripudiātes·cōfeſſores lau-
dantes · patriarchas ꝛ p̄phetas
iocūdātes Omnes ſcōs ꝛ electos
dei vnanimiter patrē ꝛ filiū ꝛ ſpm̄
ſanctū collaudātes·et vna voce di
centes. Sanct⁹ ſanct⁹ ſanct⁹ dn̄s
deus ſabaoth · Plena eſt oīs t̄ra
gloria eius · O q̄ꝫ glorioſum eſt
regnū in quo cū chriſto regnāt
omnes ſancti amicti ſtolis albis
ſequuntur agnū quocūqꝫ ierit·

O anima q̄modo poterit ibi eſſe
alicui⁹ carentia cū tā varia ſit ex-
ultandi materia Tūc em̄ apient⁹
om̄s illi theſauri eterni dei/ vbi ſūt
ōnes diuicie om̄s delicie abſcon-
dite/et dabūtur a prē eterno vni
cuiqꝫ varia ⁊ p̄cioſa munerá ſcd̄m
ſua merita Sed ſi adhuc nō ſuffi-
ciunt iſta attende tercio iuxta te
om̄e ſanctoꝝ collegiū qđ ad bea-
titudinis tue cumulū dīna clemē-
cia congregauit Quia null⁹ boni
ſine ſocio iocūda eſt poſſeſſio ſic
dicit Seneca Vide igitur q̄ lingua
vel quis intellect⁹ capere ſufficit
illius ſupne ciuitatis q̄nta ſit gau
dia/ angeloꝝ choris intereſſe/ cū
beatiſſimis ſpiritib⁹ glorie cōdito
ris ſemꝑ aſſiſtē/⁊ ab illoꝝ beatiſ-
ſima ſocietate nūq̄ diſcedē/ſed cō
tinue cū ipſis et de ipſoꝝ gaudio
imꝑpetuū exultarē Anſelm⁹· Ibi
em̄ a ſingulis ōnes/ ibi ab ōib⁹
ſinguli cognoſcentur Nec quēq̄
latebit q̄ patria/q̄ gente/q̄ ſtirpe
quis cōditus ſit· Ibi em̄ erit tam
beata ⁊ perfecta caritas iuſtoꝝ/ꝙ
vnuſquiſqꝫ intātū diliget ꝓximū
ſicut ſeipſū· Ex quo illud īeſtima-
bile ſeq̄tur bonū/ ꝙ ita vnuſq̄ſqꝫ
de alteri⁹ bono gaudebit vel gau-
dio/ſicut de merito ꝓ̄ꝓo· Proinde
cū inenarrabilis ſit nūs electorū
quiſputas narrarē ſufficit gaudiū
beatoꝝ Iheronim⁹ in fine epiſto
le ad Euſtochiū deſcribens ayt·
Egredere queſo o aīa pauliſper
de papilione corporis vt in oſtio
ſtans videas dei gloriā ptranſire/
et p̄ntis laboris ante oculos pin
ge mercedē Qualis tibi erit dies
illa/cū Maria mater dn̄i tibi oc-
curret choris comitata v̄gineis/
cū ⁊ ipſe ſpōſus tibi cū ōmb⁹ ſcīs
occurret dicēs· Surge veni ꝓpera
amica mea formoſa mea colūba
mea· Iam hyemps trāſit ymber
abijt ⁊ receſſit Tūc angeli āmira
būtur/de tua gloria dicētes Que
eſt iſta que aſcendit de deſerto de-
licijs affluens innixa ſuper di-
lectum ſuū videbunt te filie ſpon
⁊ laudabūt· Tūc illa centū qua-
draginta q̄tuor milia in conſpectu
throni ⁊ ſenioꝝ tenebūt citharas
et cantabūt canticū nouū Tūc ſe
cura in āplexus ſponſi euolabis
cū iubilo dicēs· Inueni quē diligit
aīa mea tenui eū n͂c dimittā· Hec
Iheronim⁹ Tūc filij ſeptē illius
magis Iob/q̄ eſt magn⁹ ſup oēs
q̄ morant̄ in illa beata orientaliū
regione facient conuiuia ſinguli
in die ſuo/⁊ inuitabūt ſororē ſuā
te conſortē ſuā· Et dicent tibi ſin
guli Bibe nūc ⁊ accūbe cū iocūdi-
tate quia īueniſti gratiam coram
ſūmo p̄ncipe· Et reſpōdebis cum
gaudio dicēs Bibā ⁊ hilarior ſiā
qꝛ magnificata ē hodie aīa mea/
pre omnib⁹ dieb⁹ vite mee O vē
inaudita magnificentia· O leta ⁊
iocūda excellentia/q̄lis nūq̄ in h̄
ſeculo eſt audita· Puto ꝙ omnes
hui⁹ mūdi pompa in cōpatione
illi⁹ eſſꝫ vix modica gutta· ¶ Aīa

O hō q̄ꝫ diu tacui ſatis ſilui/ quia
que ꝓpoſuiſti cum delectatione et
ādmiratione nimia audiui / ne q̄ſo
ꝓcraſtines/ q̄n ſpecialiꝰ ⁊ pfectiꝰ
mihi aliq̄ de h̄ celeſtiū ſpirituū cō
uiuio exponas· qꝛ iā ꝑus aliquid
de hoc tetigiſti ſꝫ nimis cito ptrā-
ſiſti ¶ Homo ¶ O aīa mallē ite-
rū qd̄ petis ſub ſilencio ptrāſire
q̄ꝫ vł modicū de hoc celeſti ſecreto
miſterio ore polluto conferre· vel
etiā mēte ꝑcipe· quia qui adhuc
mūdalibꝰ et ſupuacuis rebꝰ heu
ſepius īplicoꝛ · q̄ adhuc heu fili-
quis porcoꝝ cū ceteris mūdanis
paſcoꝛ/ de familiaribꝫ dīnoꝝ ſpi-
rituū operacionibꝰ loqui erubeſco
nimiūq̄ cōfundoꝛ Quia cum pijs
votis tuis cōtraire n̄ valeo ꝓpono
breuit' ꝙ aliqn̄ ſpū inſtigante li-
cet indignꝰ mente ptracto· Quā-
uis em̄ in illa celeſti aula vbi ple-
nitudo om̄is boni in ōibꝰ illis ꝑ
fecta eſt/ q̄ꝫuis ibi ꝑ differētia me
ritoꝝ quedā date ſūt excellenter
nichil tn̄ ibi ieſtimabili dīne pie-
tatis īmēſitate ſm̄ Gregoriū poſſi
detur ſingularit' Oīa em̄ ſūt oibꝰ
cōmunia ꝓpter euꝫ q̄ in ōibꝰ eſt
oīa Ibi em̄ virgo gaudebit de ſcē
viduitatis merito/ibi vidua exul
tabit de caſte v̓ginitatis ꝑuilegio
Ibi cōfeſſoꝛ de martiris iocunda-
bit triūpho. ibi martir tripudia
bit de cōfeſſoꝝ brauio·ibi ꝓpheta
laudabit de patriarchaꝝ pia cō-
uerſatione· ibi patarcha exulta-
bit de ꝓphetaꝝ fide ⁊ ſpeculacōne
ibi apoſtoli ⁊ angeli gaudebūt de
merito oīm inferioꝝ· ibi oēs infe
riores letabūtur de gloria ⁊ coro-
na ſupioꝝ· Ex illius em̄ ſancte et
perfecte caritatis vinculo fiet/ vt
vnuſq̄ſqꝫ habiturꝰ ſit in alio qd̄
nō habet in merito ꝓpo. ¶ Anima
O hō nec adhuc iſta ſufficiunt
mentē meā quietaē· vnde queſo-
ne ptrāſeas in aliq̄d de dicto con
uiuio ſigillatī ⁊ diſtincte explicaē
Homo ¶ O aīa noſti ꝙ balbu-
ciendo vt poſſumꝰ excelſa dei reſo
namus Nec miꝝ qꝛ cū ſimꝰ minꝰ
ydonei ad itelligendū quō poſſu
mus eſſe ſufficiētes ad loquēduꝫ·
cuꝫ illa q̄ lippiētibꝰ oculis cōtēpla
mur/ veriꝰ ſint q̄ꝫ intelligātur/ ⁊ ve
rius intelligātur q̄ꝫ exꝑmātur vo
cibus Nec te tn̄ diucius ptrahā
audi q̄d imaginatꝰ intellectꝰ licet
adhuc modicū deguſtet affectus
Puto ꝙ illi ſepteꝫ filij de quibus
ſup̄ memorauimꝰ ſūt omnes ſcī ⁊
electi dei ſpūs altiſſimi patri here
des Et hij filij conuiuia vnuſq̄ſqꝫ
in die ſuo faciunt/ qn̄ ſe inuicē ce
leſtibꝰ gaudijs paſcūt In q̄ de me
ritis ſuis ſinguli iux̄ datā ſibi glo
riaꝫ fercula delicioſiſſima ꝓpināt
Primo igit' die ꝑmogenitꝰ/ h̄ eſt
ille celeſtiū angeloꝝ nūs/ q̄ n̄ im
merito noīe ꝑmogeniti cenſent'·
qꝛ ꝑores ſūt creatione ⁊ ꝯuerſio
ne ad deū/ a q̄ nūq̄ꝫ receſſerūt· per
pctm̄ et ſꝑ imobili caritate ſūmo
patri adheſerūt/ et illā hereditatē
beataꝫ celeſtis regni ꝑoris oibus

feliciter poſſederūt Iſti tibi o aīa
in ſuo cōuiuio diuerſa fercula de=
licioſa ꝛ precioſa ꝓpināt/cū vnuſ=
quiſqȝ ordo de eo qđ excellencius
recepit immunē gaudia ſpecialia
adminiſtrat· Iam cogita o aīa/ q̄le
tibi ferculū ꝓpināt illi ſūmi ſpūs
ſeraphici ordinis/ qui adeo vicini
illi eterno patri ſūt / ꝙ inꝰ ipſos
ꝛ hūc nulli alij ſpūs ſūt/qui ipſū
īmediacius cōtēplant ꝛ ſuis bo=
nis eternis pfectius pfruantur.
Quale putas hij ꝓpināt gaudiū
de naturē nobilitate/ q̄le de cōtem
plationis claritate/q̄le de dilectio
nis ſinceritate · hij ergo ſeraphin
iſtud ꝯuiuiū ornāt ardorē dīne ca
ritatis · Cherubin ſplendorē eterne
claritatis· Throni equitate dīne
maieſtatis. Hoc etiā cōuiuiū or=
nant ꝛ glorificāt dn̄acōnes de do
mināđi ſup alios excellencia Pri
cipatus de p̄cipiendi inferioribꝰ
magnificēcia Ptātes de auctorita
te malignoꝝ ſpūs coercendi Hoc
etiā cōuiuiū honorificant vtutes
de ptāte miracula faciēdi Archā
geli de dignitate ſupiora nūcian
di· Angeli de agilitate minora di=
uine ſcientie ſecreta reuelāđi Ecce
vides q̄liter ſingule mētes btōꝝ
celeſtibꝰ gaudijs paſcunt de hijs
q̄ ab illa celeſti aula ſpecialius in
munē receperūt Nec eſt mirāđū
ꝙ h̄ p̄dicta ꝛ mlta alia nob̄ ocul
tiora adhuc illi ſpūs ī noſtꝝ gau
diū nobis ꝓpinant/q̄ tā fidelit̄ tā
ꝓulāt tāqȝ amicabilr̄ in hac lacri
marū valle nos cuſtodiūt/ꝛ nos
ad illā beatitudiꝰ patriā pducē to
tis viribus cōcupiſcūt Bernardꝰ
O ſi quiꝰ ꝯgnoſcēt queādmodū
pueniūt pncipes cōiūcti pſallen
tibus in medio iuuēculaꝝ timpa
niſtriaꝝ Vidēt itaqȝ q̄ cura/quo re
tripudio interſūt cantātibꝰ aſſūt
orantibꝰ/ inſūt mediātibꝰ ſupſūt
q̄eſcentibꝰ/p̄ſūt ꝓcurātibꝰ O aīa
ꝛ ieiuna famelica/ſi nihil vel vnā
micā q̄ cadit de menſa dn̄oꝝ in h̄
cōuiuio apto mētis ore ſūpſiſſes
puto ꝙ hāc pegrinationē ex tūc
īpatiēt tolerarēs Vnto ſi vnā gut=
tā de vino potus eiuꝰ deguſtaſſes
omnē huiꝰ ſeculi dulcedinē faſti=
dires Gregorius in moralibꝰ Si
cor ſemel ī celeſtibꝰ p deguſtatio=
nē ſubaudi figitur/q̄ꝙ abiecta ſint
mox cernitꝰ q̄ pꝰus alta videbātur
O aīa mea dilecta delectare de cō
uiuio patriarcharū prophetarū
apoſtoloꝝ martirū confeſſorum
virginū / qui per alios ſex filios
non immerito p̄figurantur quid
dicam Vnuſquiſqȝ em̄ hoꝝ tot in
cōuiuio ſuo ꝓponet fercula/quot
habuit in hac vita vtutū opeā Et
quis enarrarē ſufficiat quātū gau
diū q̄libet aīa ſuſcipiat· De ſcōꝝū
patriarchaꝝ hūilitate pfectiſſiā
De ꝓphetaꝝ credulitate certiſſi=
ma De apl̄oꝝ caritate ardentiſſiā
De martirꝝ ſtabilitate ꝛ patiētia
De cōfeſſoꝝ pietate ꝛ clementia
De virginū caſtitate ꝛ continen=
cia Si euera vox ꝛ lingua deficit qȝ

intellectꝰ capere nō ſufficit/ quātū
ſit gaudiū angeloꝝ choris inter
eſſe/ cū beatiſſimiˀ ſpiritibꝰ gloꝛie
conditoris aſſiſtē/ pn̄tē dei vultū
cernē/ incircūſcriptū lumē videre/
nullo metu moꝛtis affici de incoꝛ
ruptionis ꝑpetue munē letari O
ꝙ felix tibi erit hec dies cū fueris
ad hereditatē patrū tuoꝝ ēuer
ſa/ et quādo ab hijs omnibꝰ cum
ineſtimabili gaudio fueriˀ aſſūp
ta ⁊ ad thalamū ſūmi regis felici
ter introducta Iā nūc expgiſcere
o anima mea ⁊ cū illa famoſa re-
gina ſaba cū aromatibꝰ virtutū
cū theſauris bonoꝝ operum/ cū
magno apparatu celeſtiū deſide-
rioꝝ/ aſcende in illā iheruſalem
ſupernā ⁊ contēplare diligenter
ſingula ⁊ vide· ꝙ veritas vincit fa-
mam/ gloꝛia exſuperat omnē lo-
quelā / ſi foꝛte poſſis ex admira-
tionis magnitudine extra huma
nū ſpiritū rapi/ et miro quōdāmodo
in diuinū ſpm̄ trāſfoꝛmari vt dicē
inciperes cū petro in magno coꝛ
dis iubilo Dn̄e bonū eſt nos hic
eſſe· hic patē hic ſoꝛoꝛ hic frater
hic patria O dn̄e ꝑmitte nosˀ hic
eſſe ⁊ ab hinc nūꝙ̄ diſcedē Am-
broſius Fugiamꝰ o aīa in patriā
veriſſimam / quia illic eſt patria
ad quā conditi ſumus· pater a q̄
creati ſumꝰ/ ibi eſt iheruſalē ciui
tas ſupna que eſt matē nr̄a Anſel
mus O anima tantꝰ debet eſſe in
hac vita moꝛtali amoꝛ et deſide-
riū ꝑueniendi ad illud ad quod

facta es/ et doloꝛ quia nondū ibi
es/ ⁊ timoꝛ ne foꝛte n̄ ꝑueīas/ vt
nullā leticiaꝫ ſentire debes/ niſi de
hijˀ que tibi aut auxiliū aut ſpem
conferūt ꝑueniendi ¶ Anima
O homo hec aliqn̄do cogito dū
hec tacita mente meā pertracto
quid eſt qđ tūc interlucet michi
⁊ percutit coꝛ meū ſine leſione/ et
inhoꝛreſco ⁊ ardeſco Augꝰ· In-
tromittoꝛ aliqn̄ mētalitē in affec-
tū multū iuſitatū/ neſcio quā dul
cedinē/ q̄ ſi pficeretˀ in me / neſcio
ꝙ erit qđ vita iſta nō erit· ſed reci
diuio oneroſis ponderibꝰ/ et re
ſoꝛbeoꝛ ſolitis curis/ hoc eſſe va
leo nec volo/ illic eſſe volo nec va
leo/ miſer vtrobiqꝫ Hec Augꝰ· in
libro cōfeſſionū vndecimo ¶ Nō
Puto ꝙ hec celeſtia ſine preliba
cione dulcedinis non poſſunt a
digne diſpoſitis cogitari Sꝫ neſ-
cio quid tūc erit cū in te perfecte
ſine enigmate poterit deguſtari·
Vnde nō eſt mirandū/ ſi p̄libacio
taliū tibi incutit huiꝰ exilij tediū
quia nichil eſt magis amarū· ꝙ̄
poſtquā anima cōſueuit taliū p̄-
guſtacione conſolari· ſi rurſū in-
ceperit mūdialibꝰ et tranſitoꝛijs
implicari· Hinc eſt ꝙ aīa laboꝛat
luctatur ⁊ anxiatur/ illic ſemp eē
cupit nec ſufficit/ hic eſſe cōpelli-
tur/ ſed illic poſt hoc qđ p̄guſta-
tum eſt aſcendere conatˀ Iam eīm
guſtato ſpiritu deſipit om̄is caro
Vidiſti gaudiū beatoꝝ de hijs q̄
ſūt infra te/ et de hijs q̄ ſūt iuxͣ te

Vide modo ſi potes quale gau-
dium futuꝝ ſit de hijs que ſūt in-
tra te. Homo eñ remunerabit͛ in
corporea in mente/ ⁊ iſtoꝝ eter-
na ⁊ inſeparabili vnione Corpus
eñ noſtrū ex q̄tuoꝛ elementis eſt
compoſitū· Vnde q̄tuoꝛ dotibus
erit remunerandū. Terra tūc ha
bebit eternā īmoꝛtalitatē/ aqua
omnimodā impaſſibilitatē/ aer
maximā agilitatē ⁊ ignis ſplendi
diſſimā claritatem Tūc fulgebūt
iuſti ſicut ſol ⁊ tanq̄ ſcintille ī ha-
rūdineto diſcurrēt· Abſterget ei
deus omnē lacrimā ab ocul͛ eoꝝ/
et iam nō erit amplius neq̄ luc-
tus neq̄ clamoꝛ / neq̄ doloꝛ ſed
ſempiterna pax ⁊ leticia· In ſem
piterna patria coꝛda beatoꝝ ſibi
inuicē ⁊ claritatē lucent/ et purita
te tranſlucent/ibi vniuſcuiuſq̄ vul-
tus aſpicitur ⁊ conſciētia penetra
tur Ibi vniuſcuiuſq̄ mentē ab al
terius oculis coꝛpulēcia non ab
ſcondit Etiā mox vbicūq̄ voluerit
anim⁹ ſtatim aderit coꝛp⁹ Aug⁹
Sicut eñ tunc anim⁹ ꝑfectiſſime
obedit creatori ita coꝛp⁹ promp
tiſſime obtēperabit ſuo motori·
Tam potentē faciet de⁹ animā/
vt ex eius beatitudine pleniſſime
redūdabit in coꝛp⁹/ ex qua redū
dancia habebit vigorem īpaſſibi
litatis/ſplendorē claritatis/ apti-
tudinē ſubtilitatis/ ibi erunt oēs
ſenſus in actibus ſuis/ibi eñ ocu
lus videbit decorē ſpecioſiſſimū·
guſtus ſenciet saporē dulciſſimū
olfactus odorabit odorē ſuauiſ-
ſimū Tactus amplexabit͛ delicio
ſiſſimū Auditus īmutabitur per
ſonū iocundiſſimū/ibi eñ cū mēs
in exultatione rapitur/ lingua in
canticū laudis eleuat͛ ¶ Anima
O homo audiui iā dudū mira-
bilia/ et cum vera ſint hec omnia
quid aliud eſt hec p̄ns vita niſi
quedā moꝛtis vmbra ¶ Homo
O anima bene dixiſti / q2 tp̄alis
vita eterne vite cōparata / moꝛs
eſt poti⁹ dicenda q̄ vita Ipſe eñ
cotidian⁹ defect⁹ coꝛrupcōis / q̄d
eſt aliud niſi quedā ꝓlixitas moꝛ
tis Ergo ſcī viri q2 hui⁹ vite bre-
uitatē indeſinēter aſpiciūt/ quaſi
cotidie moꝛientes viuūt/ ⁊ ideo ſe
non manſuros ſolliciti⁹ ꝑparant/
q2 oīa nichil eſſe ex fine ſemper
penſant Sȝ carnales mētes ideo
p̄ſentia diligūt/ q2 vita carnis q̄
fugitiua ſit minime ꝑpendūt Nā ſi
velocitatē tranſit⁹ ei⁹ aſpicerēt/ hāc
etiā ꝓſperā minime amarēt Hͨ gre
goři⁹ Aug⁹. Recedat ergo o aīa
vite p̄ntis amoꝛ/ ⁊ accedat amoꝛ
vite aduenientis/ vbi nulla aduer
ſitas turbat/ nulla neceſſitas an-
guſtat/ nulla moleſtia inq̄etat/ ſȝ
ꝑhēnis leticia regnat Eleua iam
oculos mētis ⁊ conſidera/ quanta
ſit felicitas futura/ vbi nullū erit
malū/ nullū latebit boͫ Vacabit͛
dei laudib⁹ q̄ erit oīa in oīb⁹ Ibi
nulla deſidia ceſſabit͛/ nulla indi
gēcia laboꝛabit͛/ ibi eē nr̄z ñ hēbit
moꝛtē/ noſſe nr̄m ñ hēbit errorē·

Amare noſtrum nō habebit offen
ſionē· Ibi aberit omnis tarditas·
ōnis corrupcio·ōnis deformitas
ōnis infirmitas· Ibi celū nouū et
terra noua. Ibi ſimiles erim⁹ an-
gelis dei et ſi n̄ etate·certe felicita
te Auguſtin⁹ O anima mea illā
vitā amplecti debueras· vbi vita
ſine morte/iuuētus ſine ſenectute
gaudiū ſine triſticia/ pax ſine diſ
cordia·voluntas ſine iniuria· lux
ſine tenebris· regnū expars com
mutacionis· ¶ Secūdo conſidera
quantū gaudeat anim⁹ cū reſūp
ſerit tale corp⁹· q̄le iā audiſti·nō
tale q̄le cū ingenti dolorē ſuſtinu
iſti· et cū magno certamine deui
ciſti·de q̄ ſepius tibimet · īpaciēs
pacient et iraſcens clement dixiſti
Quis liberabit me de corpoē mor
tis hui⁹: Non certe tale/ſed iam
pfecte obediens·et ſpūale· Tale
inq̄ tale· qđ tibi erit in contēpla
cionis ſolaciū· et ineterne felicita
tis augmentū ¶ Anima ¶ Mi
rari ſup omnib⁹ hijs nō ſufficio·
et pre magnitudine āmirationis
in inquiſitione deficio· vnū tamē
ſcire deſidero·q̄liter mēs q̄ in pre
ſentivita a dei contēplacione per
corp⁹ deprimit· illic per ipſū in
contēplacōne adiuuet ¶ Homo
O aīa ſcrupuloſa eſt hec queſtio
ſed quia magis eſt curioſa/ q̄ de-
uota/ breuis erit reſponſio. Aīa
em̄ tūc virtute dīna aliū habebit
modū intelligendi/q̄ in via Nec
eſt mirandū ſi p loco et tpe mutat

ordinē et modū agendi creature
q̄ eſt fabricator et auctor vniūſal
nature. In reb⁹ em̄ mutabilibus
tota racio facti eſt potentia faci-
entis Certū eſt q ipſa aīa nunq̄
reſūptionē corporis appetēt ſi re
ſūptū etiā quātūcūq3 etiā glorio
ſum dinā contēplacōnē īpediret
Nā ſm Auguſtini ſentētiā et doc
trinā/ipſe aīe ſancte deſiderāt cor
poris reſurrectionem expectant/
iterātā vnionē/quia ipſarum ſine eo
nō poteſt cōſūmari felicitas / nec
ſaciari iocunditas/adeo em̄ vehe-
mēter aīa corp⁹ deſiderat/q etiā
aliq̄liter eius cōtēplacionē impe
dita retardat Bernard⁹ O miſeā
caro fetida et feda· Vnde tibi hec
gloria/q aīe ſancte q̄s de⁹ inſig-
niuit ſua imagine pprio redemit
ſanguine te deſiderāt te expectāt
et ipſarum ſine te n̄ p̄t cōſūmari feli
citas nec ſaciari iocūditas Aug⁹
Cum anima hoc corpus nō ani
male ſed ſpirituale receperit per-
fectū habebit ſue nature modū·
Obediens et imperās viuificata et
viuificans Tūc ineſtimabili feli-
citate fiet/etiā vt ſit ei glorie/qđ
fuit ſarcine O anima cogita qual
tibi nūc erit gloria/ cū induta fue
ris illa ſtola noua et ſplendida or
nata omni lapide precioſo/ id eſt
corpoē glorificato In quo tot ful
gebunt gēme precioſiſſime quot
ſunt virtutes in mente· Tunc vt
puto cantabis cum iubilo canti-
cum nouū domino dicēs Gaudēs

gaudebo in domino · quia induit
me veſtimento ſalutis/ et indumẽ
to leticie circumdedit me/ et tamꝗ̃
ſpõſũ decorauit me corona ¶ Adhuc
vide tercio ⁊ diligent᷑ cõſidera/ ſi tã
tum gaudiũ habitura ſis quaſi de
alieno/ quid hauries de proprio
¶ Quis enĩ enarrare ſufficeret quan
tum gaudiũ ꝗ̃ ſtupendã gloriã
ꝗ̃ incomꝑhenſibilẽ laudẽ ⁊ mag
nificenciã habitura ſis a trinitate
beatiſſima/ a ſanctoꝝ omniũ ſocie
tate feliciſſima/ pro eo ꝙ corpus
tuũ propriũ tam viriliter per cli
peum caſtitatis ⁊ continẽcie ſup-
aſti/ pro eo ꝙ mundũ tam poten
ter per gladiũ pauptatis ⁊ indi
gencie debellaſti · pro eo ꝙ dya-
bolum peſſimũ tam fortiter per
haſtam humilitatis ⁊ obediencie
effugaſti/ pro eo ꝙ omnibꝰ cogi-
tacionibus/ omnibus affectioni-
bus/ ſingulis inordinatis motibꝰ
tam viriliter reſtitiſti · ¶ Aduerte ſi
potes quantã laudẽ habitura ſis
ab hiis quos verbo ⁊ exemplo ad
meliora ꝓuocaſti · ¶ Et quid plura
pro ſingulis cogitationibꝰ locu-
cionibus actionibꝰ virtuoſis ſpe
cialem ⁊ eternã laudẽ ſuſcipies/ ⁊
id quod tibi in te defuerit illa ce-
leſtis ⁊ diuina beatoꝝ ſocietas ca
ritate mutua adimplebit · ¶ Quia
vnuſquiſqꝫ habebit ibi in proxi-
mo quod ſibi deficit inmerito ¶ O
anima hec cogita hec mente per
tracta/ cum tibi pie viuenti inferũ
tur aduerſa/ ad hec mente euola

¶ Cũ premit corpꝰ/ cũ fremit mũ-
dus/ cum inſidiatur dyabolꝰ/ ad
hec recurre/ hiis mentẽ delinire.
¶ Quia id qd in pñti eſt momen-
taneũ ⁊ leue tribulacõnis noſtre
in ſublimitate eternũ glorie pon
dus in nobis opatur · ¶ Sed quia
reuera ſolũ eſt veꝝ gaudiũ/ quod
nõ de creatura/ ſed de creatore cõ
cipitur cui õmis compata aliũde
iocunditas meror/ omnis ſuaui-
tas dolor eſt/ poſtremo omne qd
delectari poteſt moleſtum eſt ſcḋm
Bernardũ ¶ Igitur cõſulo qd iam
ad premiſſa exercitata diſpoſita
et inuitata ad auctorẽ tuũ te con-
uertas/ et quantũ gaudiũ ab eo
illi beati ſpiritus recipiant diligẽ
ter conſideres/ et aduertas/ quia
omne gaudiũ tibi ꝓpoſitũ hic eſt
accidentale/ et ob hoc non ſaciat
ſed excitat/ vt eſt illud qd de hiis
que intra ipſos ſũt accipiũt ¶ Hoc
vero gaudiũ qd de ſuperioribus
hauriũt/ ſolũ ſbſtantiale vocatur
quia p hoc ſolũ affectꝰ rational
creature ſaciatur ¶ Hugo de ſancto
victore ¶ Omnis iocũditas omnis
ſuauitas/ omnis dulcedo rerum
creaturũ afficere cor hũanũ poteſt
ſaciare nõ pot · ¶ Anima ¶ Dic
queſo o homo quale ⁊ quantũ ſit
iſtud gaudiũ/ qr h ſolũ deſidero
hoc eſt qd pre omnibꝫ cõcupiſco
qr ſcio ꝙ hec õnia etiã ſi habẽtur
ſine illo/ nõ ſolũ nõ ſufficiũt/ ſed
etiã animã ieiunã famelicã ⁊ mi-
ſeram derelinquunt ¶ Homo ¶

Anima tu queris quale ⁊ quātū
ſit iſtud gaudiū Interrogaui ōnia
intima mea ⁊ michi narrare non
ſufficiūt Anſelmꝰ · Si ſingula q̄
predicta ſunt bona ſūt ⁊ iocunda
cogita mente quantū ſit illud bo
nū delectabile/ qđ continet iocun
ditatē omniū bonoꝝ in ſe/ nō q̄le
in rebꝰ creatis experti ſumꝰ / ſed
tm̄ differentē / quantū differunt
creatoꝛ a creatuā/ qui hijˢ bonis
fruetur quicq̄d volet erit/ ⁊ q̄cq̄d
nō volet nō erit hec Anſelmꝰ Ce
ſarius · Beatam vitā facilius eſt
conſequi q̄ꝫ enarrare/ cuiꝰ curſus
ſine termino / vſus ſine faſtidio·
refectio ſine cibo·ſub antiquis ꝑ-
petuiſq; gaudijs ſemꝑ noua io-
cūditas·⁊ ſine timoꝛe amittēdi cō
tinuata felicitas· Puto tamen ne
diucius te protrahā· q̄ꝫ q̄ꝫuis in-
eſtimabile ſit illud gaudiū et in-
effabile · eſtimo tamē q̄ꝫ de tribꝰ
proueniat·quod triplex gaudiū
illos beatos ſpiritꝰ letificat et de-
lectat Gaudent eīm delectabiliter
in ꝑfecta ⁊ clariſſima diuine clarita
tis contēplatione Gaudēt dulcit̄
in melliflua et ſuauiſſima diuine
bonitatis degustacōne·Gaudent
ſempiternaliter in trāquilla ⁊ ſe-
curiſſima diuine maieſtatis ſen-
ſione Scis eīm o aīa q̄ꝫ tribꝰ viri-
bus naturalibꝫ ꝓemines ī tua ſb
ſtantia· habes eīm vim rationalē
que nō perfecte illuminatur· niſi
per ꝓſencie veritatiˢ apertā cogni
cionē·⁊ vim concupiſcibilē que
nō ſaciatur niſi ꝑ ſūme bonitatis ꝑ-
fectā dilectionē · vim q̄ꝫ iraſcibilē
q̄ nō quietatur niſi ꝑ etne maieſta-
tis ſecurā cōprehenſionē De hijs
tribꝰ dt beatꝰ bernardꝰ ſuꝑ Can
tica Qui replet in bonisˢ deſideriū
tuū·ipſe futurꝰ eſt rōni plenitudo
lucis· voluntati multitudo pacis·
memorie continuatio eternitatis
Quare triſtis es aīa mea ⁊ q̄re cō
turbas me· Spera in deo qm̄ ad-
huc cōfitebor illi Cū oīs erroꝛ a
rōne·ōnis doloꝛ a voluntate·et a
memoria oīs timoꝛ receſſerit ⁊ illa
ſucceſſerit quā ſperamꝰ mira ſere
nitas/plena ſuauitas ⁊ eterna ſe
curitas O aīa quātū putas gau-
deant et letātur q̄ illud etnitatis
ſpeculū iugit̄ cōtēplātur in q̄ oīa
ꝓterita pn̄cia ⁊ futura q̄ ſue beati
tudini competūt·aptiſſime ſpecu
lantur Auguſtinꝰ Dū ad illā ſu-
pernā lucem patris luminū vene
rimꝰ totū qđ in creaturis eſſe ꝑt
intelligimꝰ Anſelmꝰ · Tūc iuſti
ſcient cūcta q̄ deus fecit ſcienda·
Et q̄ꝫ eſt qđ neſcient pn̄t/ qui ſcien
tem ōnia vident. O aīa ⁊ q̄modo
ſimplicitas intellectꝰ hoc ꝑmittit
Anima ¶ O btā veritas iā video
q̄ꝫ ſapē ſine te deſipe ē·te vo noſ-
ſe ꝑfectū ſcire eſt Fulgetꝰ· Sicut
ꝑ ſpeculū vitreū trina nobꝭ viſio
demōſtratur. q2 nos ipſos ipſū ſpe
culū ⁊ quicq̄d pn̄s eſt videmꝰ·ſic
ꝑ ſpeculū diuine claritatis ipſum
deū·⁊ q̄cq̄d pn̄s eſt·ideſt nos ipōs
et creaturas alias cognoſcemus

Homo ¶ O anima q̄ naturaliter
ſcire deſideras hoc ſpeculū videre
effecta/ in illo ſtudere a legere de-
ſidera / quia hoc ſemel vidiſſe eſt
ōnia didiciſſe Ibi reuera videbit᷑
et reputabitur ſtulticia/ platonis
theorica/ ariſtotilis philoſophia
empedoclis theoreumata / ypo-
cratis ſcrutinia/ ptholomei aſtro
logia ⁊c̄· et quicq̄d hic de veritate
intelligim⁹ minima pars eorum
eſt que ignoram⁹· Sed tūc o ani
ma videbis a afflues et mirabitur
et dilatabitur cor tuū Et quid vi-
debis/ regem regū in decore ſuo·
Beda Splendor eterne pulchri
tudinis eſt tante ſuauitatis tan-
teq; dulcedinis/ vt etiam ipſi an
geli qui ſole ſunt incomparabilr̄
clariores/ eo ſaciari non poſſunt
Tūc ergo afflues in ſtupenda
diuine claritatis cogniciōne/ mira
beris in tuiūpſi⁹ delicioſa cōſidera
tione/ dilatab eris in ōniū creatu-
rarū perfecta ſpeculaciōne O con
templacio ſtupenda a admirabi
lis· O conſideracio delicioſa a de-
lectabilis O ſpeculacio gaudioſa
et ineffabilis O q̄ꝑ digne dictum
eſt de te deus meus · Melior eſt
dies vna in atrijs tuis ſup milia
Quia ſcḋm Auguſtinū tanta eſt
pulchritudo iuſticie/ tanta eſt io-
cunditas lucis eterne/ vt etiam ſi
nō liceret amplius in ea delectari
q̄ꝑ vni⁹ diei hora/ propter hoc ſo
lum īnumerabiles hui⁹ vite dies
pleni delicijs a circumfluencia bo

nor̄ tēporaliū recte meritoq; de-
ſpicerentur Tam pulchra eīn eſt
et ſuauis vt ea viſa nichil ampli⁹
poſſet deſiderari/ et ōnē vincit dul
cedinē a ōnē exſuperat concupiſ-
centiā. ¶ Anima ¶ Eſt ne aliq̄d
aliud/ cuius viſio delectet/ cuius
cōtemplacio letificet ¶ Homo
O anima q̄ꝑuis hec ſola ſufficēt/
ſi ulla alia adeſſet/ a tamē adhuc
vna vt de alior̄ ōniū pene innu-
merabiliū iocunda viſione/ taceā/
q̄ mirabilit̄ ōniū celeſtiū ſpirituū
mentes letificat a miro q̄dāmodo
neſcio q̄ ineſtimabili gaudio om
nem beatā creaturā inebriat· Vi-
dere ſcilicet illius celeſtis regine
deificā claritatē· et ſue beatiſſime
prolis glorificatā humanitatem
Quis o anima vel cogitare ſuffi-
ciat quantū gaudiū generat illā
matrē miſericordie reginā pieta
tis a clemencie videre iā nō recu-
bentē cū puulo vagientē ī pſepio
Iā nō lacrimātē circueuntē que-
rentē a dicētē Nūq̄d quē diligit
aīa mea vidiſtis. cū pdideāt dilec
tiſſimū infantulū in triduo· Iam
certe non eiulantē vociferantē cla
mantē a dicentē· Quis m̄ det vt
ego moriar ꝑ te fili mi abſolon·
cū ſtaret ꝓpe vnigenitū pendētē
et morientē in patibulo Iā nō fu
gientē lamētabilr̄/ recedētē lacri
mabilit̄· cū ſibi daret᷑ diſcipul⁹ ꝑ
mgrō. ſeru⁹ ꝑ dn̄o· q̄ſi alienus ꝑ
vnigenito a dulciſſimo filio Sed
hanc quodā ꝓpter nos tā miſeriā

tantis merorībꝰ plenā/iam nunc
ineſtimabilr ſup omnē creaturā
exaltatā/ regnantē cū xp̄o in trini
tatis ſupbenedicte palacio cantā
tem iubilantē⁊ dicentem Tenui
illū nec dimittā/venite ad me om
nes qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊
ego reficiā vos Et illud Tranſite
ad me omnes q̄ ↄ̄cupiſcitis me ⁊
a generationibꝰ meis adīpleamī
O anima mente deuota ptracta/
ꝙ̄ ſit plenū omni ſuauitate gau-
diū/ videre hoīem hoīs ↄ̄ditorē
feminā oīm conditoris genitricē/
fratrē noſtꝝ quōdā pditū abiec-
tū⁊ deſpectū/nūc iuentū/nc̄ reuſū
nūc regnantē/nūc ōībꝫ impan-
tem· O quis det te fratrē meū ſu
gentē vbera matris mee/vt inue
niā te foris ⁊ deoſculer te/ labijs
deuocōnis/ āplecter te brachijs
dilectionis/⁊ iam me nemo deſpi
ciet/ cū introduxero te ī cubiculū
cū dulcedine ſuauiſſime fruicōis
Hanc fruicionē deſiderabat ille
deuotus Anſelmꝰ in meditacōni-
bus quando dicebat· O dulciſſi-
me pater quando te videbo/qn̄do
ante faciem tuā apparebo/quādo
ſaciabor pulcritudine tua/ quādo
videbo vultum tuū deſiderabilem
in quē deſiderant angeli pſpicere
Ve anime te nō amāti/ te nō que
renti/que ſi mundū diligit/pecca
tis ſeruit/ nūꝙ̄ eſt quieta nūꝙ̄ ſe
cura Nichil queſo ſine te m̄ pla-
ceat/ michil dulceſcat/ michil ſpe-
cioſum/ michil preter te arrideat

precioſū· Vileſcant ōnia p̄ter te
qđ tibi ſit aduerſū michi ſit mo-
leſtū⁊ tuū beneplacitū ſit meū in
deficiēs deſideriū Tedeat gaudē
ſine te/delectet gaudē tecū⁊ flere
tecū· O bone iheſu ſi tā dulce eſt
flere de te/ ꝙ̄ dulce eſt gaudē de
te· Hec anſelmꝰ ¶ Anima ¶ O
homo amore videndi dn̄m crea-
torē meū langueo Amore eternē
di Iheſū fratrē meū redēptorem
deficio/iam deſidero intuendi illā
virginē glorioſā matrē redemp
toris mei vulneratā ingemiſco·
O bone iheſu/quādo videbo gau
diū meū quod deſidero O quādo
apparebit gloria eiꝰ quā eſurio
o quando veniet ↄ̄ſolator meus
quē expecto· O ſi inebriabor ab
vbertate domꝰ eius/ad quā ſuſpi
ro Iam grauis eſt michi omnis
creatura ad videndū/qꝫ nimis in
ↄparabiliter ſupeminet pulchri
tudo/a qua proceſſerūt hec om-
nia ¶ Homo ¶ O anima expec
ta cū potencia vt creſcant tua de
ſideria/quia ſcriptū eſt modicum
et non videbitis me ⁊c̄. ¶ Ani-
ma ¶ O modicum longū et ni-
mis prolixum· quia et ſi modica
ſunt merita/longa tamē ſunt deſi
deria· ¶ Homo ¶ O aīa ſi lon-
ga ⁊ magna videtur tibi tua deſi-
deria quibꝫ eſtuas ad eternā glo
riā ⁊ claritatē ↄtemplandā/qn̄to
deſiderio eſtuare debeas ad eťnā
bonitatē pfecte diligēdam ad ſū
mā maieſtatē eternalr poſſidēdā

Si eniz hec omnia ſume diligēs/
q̄modo de viſione gauderes/ et ſi
bene videres et intelligeres/et tū
ſecura mente nō poſſideres/ q̄uo
beata pmaneres Auguſtin⁹ Ibi
igitur vacabim⁹/videbim⁹/ama
bimus ⁊ habebim⁹ Ipſe enim eſt
finis deſiderioꝝ noſtroꝝ/qui ſine
fine videbit᷑/ſine faſtidio amat᷑/
ſine fatigacione ineternū lauda
bitur/vna enim ibi et tota virtus
eſt amaē quod videas/et ſumma
eterna felicitas/ eternalit᷑ habē
quod amas Ibi beata vita in ſuo
fonte plene et perfecte bibitur/
vnde miro q̄dāmodo ⁊ delectabi
liter impreſſa ſitis ſimul atq₃ ſa
cietas alternatur/ſed longe a ſiti
neceſſitas repellitur/ longe a ſa
cietate faſtidium amouetur Hec
Auguſtin⁹. Sed te ne iam o aīa
diucius protrahā/ audi ꝙ de p̄
dictis omnib⁹ celeſtibu⁹ gaudijs
dicit ille deuotus Anſelm⁹ in fine
proſologion Excita te inquit nūc
o anima mea/ et erige totū intel
lectum tuū/ et quantū potes co
gita attente/ ꝙ delectabile ſit illd
bonū quod continet iocunditatē
omniū bonorum. Si iocunda eſt
vita creata/ ꝙ iocunda eſt crea
trix eſſencia Si iocunda eſt ſalus
facta/ ꝙ iocunda eſt ſalus que fe
cit omnia. Si amabilis eſt ſcien
cia de creaturis. ꝙ delectabil᷑ eſt
illa que eſt de rebus increatis.
Cur ergo per multa vagaris. q̄
rendo bona creata Ama vnum in
quo ſunt omnia. Si delectat pul
chritudo/ fulgebūt iuſti ſicut ſol.
Si libertas aut fortitudo. ſimiles
erūt angelis dei in celis Si longa
et ſalubs vita/eſt ibi ſanitas eter
na Si ſacietas aut ebrietas/ſacia
būtur de gloria et inebriabūtur
ab vbertate dom⁹ dei Si melodia
ibi canunt angeli. Si ſocietas et
amicicia/ibi eſt beatoꝝ ſocietas ⁊
omniū vna voluntas Si honores
et diuicie/ in domo eius glorie et
diuicie. Si ſecuritas et certitudo/
ibi omniū temporū eterna longi
tudo O cor humanū/cor indigēs
cor expertū erumnas/immo ob
rutum erūnis/quantū gauderes.
Si hijs omnib⁹ habūdares In
terroga intima tua ſi capere poſ
ſint tm̄ gaudiū ſuū de tanta beati
tudine ſua Si hō de tanta beatitu
dine vix capit gaudiū ꝓpriū/q̄uo
capax erit tātoꝝ gaudioꝝ/ quan
tus eſt numer⁹ electoꝝ/vbi vnuſ
quiſq₃ tm̄ diligit ꝓximū ſuū q̄ntū
ſeipſum/ ⁊ tm̄ de ſuo gaudio gau
det quantū diligit Ita etiā quiſq₃
plus abſq₃ eſtimatione de dei ꝙ
de ſua ⁊ omniū electoꝝ gaudet fe
licitate/quia ſicut deū toto corde/
tota aīa/ tota mēte diligit/ita ad
pleītudinē gaudij illius totū cor
tota aīa/tota mens nō ſufficit Q₃
tm̄ gaudebūt q̄ntū amabūt. tātū
amabūt q̄ntū videbūt Certe nec
ocul⁹ vidit nec auris audiuit nec
in cor hominis aſcendit. q̄ntū te
amabūt et cognoſcent ſancti dei.

Oro deus meꝰ/cognoſcā te/amē
te/vt eternalit̄ gaudeā de te Et ſi
nō poſſum ad plenū in hac vita/
creſcat ſaltem hic noticia ⁊ amoꝛ
vt ibi ſit plenū gaudiū/hic ſit in
ſpe/vt ibi ſit in re Domine pater
p̄ filiū tuū hic iubes ⁊ conſulꝭ pe-
tere/⁊ ꝓmittis accipe/vt gaudiū
noſtrū plenū ſit/peto dn̄e quod
p̄ admirabilē conſiliariū tuū con
ſulis petere et ꝓmittis accipere/
vt meditetur de hac mens mea/
ſmocinet᷑ os meū/loquat᷑ inde
lingua mea/eſuriat anima mea/
ſitiat caro mea/donec intrē ĩ gau
dium dn̄i mei/qui eſt trinꝰ ⁊ vnꝰ
benedictꝰ in ſecula Amen.

Explicit ſoliloquiū Bonauen
ture de quatuoꝛ exercitijs.

DEO GRATIAS .:.